



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>






P  
2738


P  
2738




0028  
D



D









2.

Aug



# MAGNI PHILOSOPHORVM ARCANI REVELATOR. QUO

*Hermetis Discipuli, Magnique Scrutatores  
Operis omnia ad suum laborem necessaria,  
clarissimè explicata inuenient.*

TRACTATUS contentos proxima indicat pagina.



GENEVÆ, .10  
Apud SAMVELEM DE T... ruina

M. DC. LXXXVII

# TRACTATUS

HOC VOLUME comprehensi.

I. PRÆTIOSISSIMI ARCANI ARCANORVM, & PHILOSOPHORVM MAGISTERII *Vexissima ac Purissima REVELATIO.*

II. OPUS PHILOSOPHICUM quod OPUS JOVIS nuncupatur.

III. SEPTEM VERBA PHILOSOPHORVM.

IV. ANTONII DE ABATIA EPISTOLÆ DUE & ANNOTATIONES *in duas ejus EPISTOLAS.*

V. ARCANA à quodam PHILOSOPHO *Anonymo deducta.*

**PRETIOSISSIMI  
ARCANI ARCANORUM  
PHILOSOPHORVM  
MAGISTERTI**

*Verissima ac Purissima*  
**REVELATIO.**  
**DE TRANSMUTATIONE  
METALLORVM:**

*In qua dicta obscura Philosophorum  
optime ac clarissime deteguntur.*

Recens in lucem edita à quodam  
**PHILOSOPHO Anonymo.**







## P R Æ F A T I O.



**A**RCHITECTUS qui  
edificium suscipit, nun-  
quam id incipere debet  
quin materias cognove-  
rit idoneas ad finem  
quem sibi proponit, ut res sua inten-  
tioni idoneas sibi comparet: nam ille qui  
sine cognitione laborat, similis est illi  
qui luminibus orbis per tenebras iter  
habet, & nihil quàm umbras & offen-  
dícula invenit: Ignorantia vulgò in  
abyssum erroris ducit: nam ipsa est ve-  
lum obscurissimum quod impedit ne na-  
tura lucis videatur, ac rerum ab ea  
realiter productarum.

Magisterium nostrum est perditio  
A 2 & ruina

## P R Æ F A T I O.

*& ruina bonorum, temporis ac sanitatis, illi cui vera materia sunt incognita, & verus labyrinthus nescienti, & operationis modum ignoranti; & è contrà Thesaurus incomparabilis, & clavis januam aperiens omnibus artibus, cognoscenti & scienti.*

*Hebraeis de meliore nota nostrum Magisterium commendatum est, & jam nunc apud quosdam ipsorum invenitur.*

*Antiqui Philosophi verò aperire illud manifestârunt doctis suis scriptis: tamen ejus splendor qui nimis erat communis, nunc in livorem est adductus, ita ut vix discerni possit à tot mutilationibus, ænigmatibus, & nominibus suæ naturæ contrariis quæ sæpe invidi hujus artis illi dant: ita ut necesse sit perspicacissimos oculos habere, ut in abditissimos laciniosorum vestimentorum sinus, in quibus invidia illud involverunt, penetrare possint. Quod nunc est causa confusionis*

## PRÆFATIO.

*fusionis magnæ Philosophis hujusce  
temporis ac destitutis omni facultate  
consultandi doctissima de iis scripta,  
credentibus invenire palpando rem ita  
raram & particularem, tantum in Mu-  
sais doctissimorum sæculi adharen-  
tem.*

*Et quoniam multa opera à quibus-  
dam sæculi nostri Philosophis, infru-  
ctuosæ composita fuerunt. Hic in gra-  
tiam hominum generosissimorum ac ce-  
leberrimorum hujus temporis, clarè &  
purissimè, & absque ulla ambiguitate at-  
que obscuritate nec ænigmatibus, præ-  
stantissimam omnium artium, scilicet  
Magisterium sapientum, vel magnum  
Philosophorum Elixir sive lapidem eo-  
rum detego: quod nisi multis laboribus  
ac peregrinationibus & magnis expen-  
sis ac sumptibus mihi non acquisitum  
fuit.*

*Sed non ad avaritiam virorum*

A 3 *impro-*

## PRÆFATIO.

*improborum exsatiandam, qui nihil aliud quàm istius mundi ambitionem prosequuntur, & de suis hostibus vindictam sumere, propriisque cupiditatibus satisfacere conantur.*

*Præstat igitur ut potius scelerati homines, à sacris nostris arcanis maturè se alienent, quàm in ea oculos injiciant, ne inde eorum consequatur exitium. Sed istud opus confeci, ut viam facilem ostenderem, & ad Dei gloriam, & proximorum charitatem generosissimi laborent.*

*Tamen multi sunt qui hanc scientiam callent, qui quidem charitatem in omnes exercere vellent, & libenter quædam arcana detegerent, sed imprecationes Philosophorum timentes, nihil de veritate artis ausi fuerunt narrare, non considerantes hanc scientiam, & hujus Operis Philosophorum operationes à Deo pendere, qui dat & subtrahit cui placet.*

*Quod*

## PRÆFATIO

*Quod ad me attinet, Philosophorum Turba diras non vereor, nec ab arte anathema existimari, cum hac scientia hominibus piis à Deo concessa fuerit, qui nunquam eam in potestatem improborum committit, neque is qui mandata sua aspernantur: sed suis probis servis, qui à corruptione mundi alienati, in vera via insistent.*

*Et cum totum arcana in cognitionem improbo veniret, attamen sui operis perfectio à Deo dependet, cujus rei multi testimonium perhibere possunt, qui postquam super optimis materiis longum tempus insumpsissent, frustra tamen operati sunt, & nihil eis fuit concessum, quanquam multoties opus redintegraverint: & hoc eis accidit, quia in eorum cordibus venenum incredulitatis fixum erat, & in via iniquitatis insistent.*

*Improbi interdum aliquod istius*

## PRÆFATIO.

*operis arcanum in potestatem habuerunt; sed inde exitium consequutum est, quia illo dono pessimè utebantur, & ideo necesse est, ut qui ad hac opus se accingere cupit, ante oculos timorem Dei habeat, proximósque suos diligat, & resipiscentia tempus redimat, sine qua nemo Deo placere potest. Quærите ergo primò Regnum Dei, & iustitiam ejus, & omnia vobis adjicientur.*

DE



D E  
CONTEMPLATIONE  
NATURÆ  
ET EIVS  
OPERATIONIBVS.



**M**IRIFICA in operationibus suis est natura, cujus actio, via & dispositio, est fundamentum ac exemplum omni arti; ea enim est quæ omnibus artibus januam aperit, quæ instrumenta ad homogeneas operationes aptat, suppeditat, & dat modos, ut omnia impossibilia, serè possibilia reddantur.

Sapientes olim, eam per figuram Phœ-

A

5

nicis,



10 *Philosophorum Magisterii*  
nicis, Pelicani & Salamandræ pinxerunt  
& multi miseri Ethnicis, eam sub Veneris  
figura adorarunt.

Plurimi imitatione actionum ejus, sibi  
nationum ac populorum dominium com-  
pararunt, & ex illa summi quique Politici,  
scientiam suam hauserunt, ac doctrinam  
regulâ ejus sapientis directionis statue-  
runt.

Ab ea etiam petiti Medici, ad conser-  
vationem generis humani, modum ope-  
randi didicerunt, & ab illa origine ve-  
ram medicinam ac verum & præstantissi-  
mum balsamum sanitatis restaurativum,  
cujusvis morbi medicamentum extraxe-  
runt.

Musici etiam, ab ea symphoniam ad  
complementum suavis harmoniæ habue-  
runt: & contemplatores mirificarum ejus  
operationum, arcana reconditissima quæ  
continere potest detexerunt.

Antiqui Philosophi primæ ætatis ab  
hac bona matre, possibilitatem artis in  
multiplicatione cujusvis individui didi-  
cerunt: Charitate moti, non satis ha-  
buerunt soli hanc cognitionem possidere,  
sed

sed conati sunt eam communicare illis qui generosè jam trita limina & vestigia, tanquam penicillo adumbrata sequi vel-  
lent, ad veram causarum naturalium & perfectam cognitionem consequendam, ut hæc scientia sit ad medicinam & ad restaurationem & conservationem cujusque viæ necessaria, & ad hominis sustentationem solummodo: Non autem ut ad usum cupiditatis auri & argenti infunderetur: & hac de causa, virtutum compotes id unum monuerunt, ut hanc doctrinam ita utilem quærerent, ac sapientiam, industriam, & operationem hujus excellentissimæ operariæ contemplerentur, quæ ab initio, semper ad sui conservationem in unaquaque specie laboravit: idcirco omnes creaturæ tenentur ipsam opem ferre, ac cum ipsa manum operi admove-  
re in peragenda intentione suâ, & præsertim rationales quibus solis hæc ob causam, mater maximum suum concessit ingenium.

Revera omnes unanimi consensu id facere debent, siquidem ab ea originem suam traxerunt.

Plurimi ejus cognitioni studuerunt, & virtutes ejus ad tuitionem vitæ quasiverunt, ita ut nullus sit quantumvis parum calleat naturæ cognitionem, quin sciat tum lectione bonorum librorum ab hujus scientiæ doctoribus relictorum, tum illis quos recipimus ab hujus sæculi Celebratissimis, Nomen Chymicæ ita undique laceratum, non debere referri nisi soli naturæ cujus beneficio omnis creatura existit, & cui solvere tributum debet.

Notandum etiam titulum Chymici, non debere tribui, (imitatione summi Opificis) nisi peritissimis Philosophis, qui soli naturam noscunt, & quibus tanquam familiarissimis suis, ac intimis, præmanibus modum conficiendi suas intentiones resignat, ipsam in suis operibus levando ac arte vincendo & peragendo, quod suo simplici labore nequit.

Ea est etiam scala, mirificis gradibus ornata, quam cum plurimi, Dei gratiâ perspectam habuerint, ascendentes ab uno gradu ad alterum, tandem in cognitionem illius formatoris pervenerunt.

*Ergo*

*Ergo per scalam hanc age, Curiose,  
Auream scandas, ut consequeris  
Vota, thesauro simul & frueris  
Totius Orbis.*

*Scande, descende, studiūque confer  
Huc tuum, volvens animo sagaci:  
Aureum vellus referes laboris  
Præmia certa.*

Densissima sylva est etiam natura quam multi ingressi sunt, ut ejus evolverint arcana ad cognitionem perfectam hujus ita operatae universalis medicinæ, aut physicæ sinituræ pervenirent, quam vulgus *Lapidem Philosophorum* vocat: sed pessimè ornati & armis parum instructi ad immensum draconem velleris aurei custodem oppugnandum, retrogredi ac pedem referre terrore perculsi & pudore suffusi coacti fuere.

Est est profectò illud mare Physicum, in quo imperiti Naucleri verificant in arte per totum vitæ cursum, nec inveniunt ullum portum ut tuti sint à procellis ipsos sapissimè adorientibus, nec adversus solis calorem, eos comburentem, obumbratum locum

#### 14. *Philosophorum Magisterii*

locum reperiunt, neque ullius venti refrigeratione secundâ uti possunt.

*Hos adeo interdum Mare, tellus, ignis & æther*

*Infestant, ut se ignari quò vertere possint,  
Hanc lucem exosi cupiant excedere  
vita.*

Non omnibus licet appellere ad insulam Colchicam, nam ad illuc perveniendum, necessariò prævidenda sunt naufragia, ac notandæ rerum naturalium causæ. Soli<sup>9</sup> sapientes Argonautæ pulsi vento prospero, hoc vellus aureum extrema sua fortitudine, genio artis auxiliante conquiverunt.

Magnanimi constantia præditi soli sunt qui strenui ac bellicosi, Herculis exemplo infernales speluncas adierint, ut Cerberum tricipitem revincerent, & qui eum superassent maximum illum Arctidem aprum, potuerint neci dare prodigiosam hydram Sylvæ Nemeæ.

Hodie tantum fortissimi sunt qui possint lineam transilire, & tamen ut immanes sint infantiæ solitæ, coguntur se abdere;

abdere, & amicissimis suis se surripere quum in admirationem rapti miraculorum naturæ, apud se constituunt ingredi finum hujus benignissimæ matris, ad lactis ejus dulcedinem & suavitatem sugendam.

Soli sunt prudentes qui, exemplo Iasonis, dolo Medæ possint sopire & incantare maximum draconem vigilantem, & victores hoc pretiosissimum vellus aureum referre.

Multi currunt curriculum, sed apparent rari præmium reportantes, & qui scopum ferit nunquam se jactat: silentium enim ei est momentosum: eunrium & redeuntium fugit viam, quia sapissimè Institia vi superatur.

Non dubitandum quin obstacula & difficultates quæ ibi offenduntur turbam ingentem ex itinere revocent, quæ temerè navem conscendit, illius maris altitudinem non considerans, & rebus navigationi necessariis carens.

Animi pacifici & ab omni materia terrestri soluti, & à vitio, divitiarumque cupiditate vacui soli possunt claves hujus Regiæ

Regii Palatii invenire. Humillimi manuum reportant commodum, & patientes incantamentis draconis eludunt.

Plurimi Philosophi nobis multa hujus scientiæ volumina reliquerunt, sed per pauci sunt qui modum procedendi ad hunc scopum attingendum, & possessionem istius lapidis ita desiderati nitidè declararint, quin adhuc rosam inter spinas commiscuerint, & veritatem artis sub multis figuris incluserint, sed ita obscure ut paucissimi possint credere se translationem clavem habere, ad veram perfectionem consequendam, directionem & ductum verum solis naturæ operationes cognoscentibus linquentes, quorum minimus est numerus. Et sanè qui scit quomodo natura operetur, & qua materia ad generationem specierum cujusque regni utatur, à vero scopo non distat: sed ut via naturæ nondum planè demonstrata fuit ab illis qui illius veram cognitionem habent: etiam imitatrix ars non omnino est detecta. Quod est in causa cur multi in suis intentionibus decipiantur, cum propositum scopum nullo modo attingere possint.

Sic

*Sic variis navis jactata per aquora ven-*  
*tis*

*Fluctuat : ignorant quo flatu ad littora*  
*ferri*

*Se videant : cursumque suum sapissimè*  
*rursus*

*Incipiunt : à proposito sed semper aber-*  
*rant :*

*Spe tandem exclusa quâ pascabantur ina-*  
*ni,*

*Nil nisi ludibrium referunt, damnûmque*  
*bonorum.*

Causa cur maxima eorum pars peri-  
clitatur , est , quòd non habeant peritos  
nauceros qui maria optimè cognoscant ,  
ac regiones in quibus velificant , & sæpe  
Septentrionem loco meridiei ducant : ita  
ut ignoscant quas transcant regiones,  
quæ tranent regna , nunquam ad portum  
optatum appellant.

Hic ergo detegam studiosis hujus  
pretiosæ scientiæ , modum aperiendi ja-  
nuas adytorum aureorum naturæ metalli-  
cæ ad perfectam quintam essentiam inve-  
niendam, & principium hujus nobilissimi  
metalli



## 18 *Philosophorum Magisterii*

metalli, in quo medicina universalis cuiusvis corporis collocata est. Proinde curiosos exactè monebo, sermonem meum à veterum Philosophorum regulâ deductum considerare, quo planè ostendatur veritas totius eorum Magisterii, quam sub paucissimis absconderunt, & præsertim veram materiam quâ ad complementum nostri præstantissimi liquoris utendum sit.

Sciunt igitur omnes studiosi præcipuam considerationem quam quisque verus operator habere debet, ut bene scopum eorum intentionis feriat, tantùm in electione verorum principiorum metallis eorum statuendam esse: Sanè maxima pars fallitur suis opinionibus credens principia perproximè invenire in iis quæ remotissima sunt, & quorum operatio nullam habet coherrentiam cum natura ad sui decreti complementum semper ad finem tendente, contemnens unicum agens, & materiam specificè metallicam ad metallorum operationem, quæ plus satis clarè ac vulgò ab omnibus Philosophis nominata est, & in eorum sapientissimis

in multis codicibus diffusa.

15. Ut ostendam igitur eam digito, & tanquam palpabilis ignorantibus oculis reddatur, confirmetur dubitans, noscens & sciens animetur: Antiqui dixerunt unanimititer eam esse sulphur & mercurium, scilicet ignem & aquam metallicam, sub quibus alia comprehenduntur Elementa, nempe aer & terra: & omnes suos discipulos, jungere ignem aquæ, & siccum humido jusserunt, sic dicendo, Iungite sulphur mercurio, & secretum habebitis: sed tamen nulli credere debent hæc Elementa esse communia nec universalia, sed tantummodò specificata & ad naturam metallicam destinata.

20. Doctores verò hujus sæculi volentes supra eorum dogmata transcendere, addunt sal sulphuri & mercurio, & inter sulphur & mercurium illud sal collocant tanquam materiam continentem in quod medium extrema sibi conjungens, & etiam dixerunt sulphur, sal, & mercurium esse principia omnium rerum, ut triangulum perfectum fundamentale dant.

21. Verum

Verumtamen in ipso medio supradictò, latet punctum ad quod Elementa contraria tendunt, ut ibi pacificentur, & concordent, & in unam conjungantur pro nostri Elixiris generatione. Et hoc medium profectò in centrò cujuscunque rei habitat. Et hac ratione Philosophi dicunt in omnibus rebus id existere.

Istud punctum verò est illud secretum de quo Philosophi loquuti fuerunt, quod ars detegere potest conjunctione prædicta, sed nullò modò invenitur nisi putrefactione mediante. His verbis prædictis, compositionem metallorum Philosophi nos docere voluerunt: cum dixerint, nostrum Elixir metallicum ex sulphure & mercurio metallico generari debere: sicuti omnia metalla ex iisdem principiis generata sunt, quia ex quo semine metalla generantur, ex eodem semine Elixir generatur. Hac ratione, sulphur mercurio conjungere Antiqui voluerunt, unum tanquam agens, alterum verò patiens: Unde Elixir sive lapis noster procedit tanquam filius metallorum. Et etiam dicunt, jungite siccum humido, tali

tali modo ut ex duobus fiat unum quod Elixir sive lapidem vocant, & nostrum sal.

His verbis qualitates eorum lapidis non solum docent, sed & materiam & generationem hujus elixiris: quod curiosi exactissime notare debent.

Multi inter Philosophos recentes optima ratione dicunt Elixir Philosophorum ex elementis metallicis generari, sicut ex elementis universalibus, sal universale generatur, & optime dixerunt, quia hæc generatio fit conjunctione sicci & humidi universalium Elementorum: & hoc sal Elixir universale vocatur: Verumtamen post purificationem ac separationem omnium qualitatum superfluarum. Sic fit in generatione nostri Elixiris metallici. Ideo magnam analogiam esse dicunt inter Elixir metallicum, & Elixir universale: quapropter Elixir metallicum, suum sal multis rationibus vocant.

Primo, Quia utrumque Elixir ex eadem natura, arte mediante, sunt procreata, & nonnisi specificatione differunt: etiamque hoc & illud, ex sulphure, sale &

mc.

## 22 *Philosophorum Magisterii*

mercurio composita sunt.

Secundò, Quòd sicut sal universale ex quo Elixir universale factum est, in aqua dissolvitur, ac in eandem aquam resolvitur, & postea congelatum purius quàm antea efficitur: ita nostrum Elixir metallicum, quò magis dissolvitur & in mercurium resolvitur, deinde congelatur, eò magis purificatur, & in virtutem multiplicatur.

Tertiò, Quòd Elixir universale cum sit verum medium in quo pacem inierunt naturæ contrariæ: etiam Elixir metallicum inter metallum & mercurium, pacem init, ita ut postea separari non possint, ut ait doctissimus *Marthesius*: Hoc est quod per nostrum Elixir metallicum, forma mercurii mutatur in formam metalli perfecti, sive auri, sive argenti, & sic de cæteris metallis.

Quartò, Unum Elixir cum altero compararunt, quia utrumque per dissolutiones, & distillationes, & separationes materialium heterogenearum, atque conjunctiones spiritus cum corpore, factum est, & utrumque unam & eandem operationem petit.

Et

Et ultima ratio est, quòd sicut Elixir universale habet virtutem impediendi corruptionem corporis in quo adhibetur: ita etiam Elixir metallicum virtutem & potentiam habet fovendi perfectè omne perfectum & perfectionem multiplicandi, ac imperfectum perficiendi, sanandi quemlibet morbum, & languorem, & accidentia corruptionis in quibus exhibetur: & tandem unum ad aliud refertur, sicut unus ignis ad alium ignem refertur: quapropter multi Philosophi ea conjungere volunt, ut eandem operationem faciant tam in metallis quàm in corporibus humanis.

Verumtamen Antiqui Philosophi, rarò de sale loquuti fuerunt, quamvis ipsi de eo cognitionem habuerint, sed satis habuerunt solùm docere alia principia sub quibus sal comprehendunt & amplectuntur: Et hac de ratione dicit *Hermes*, omnia esse in unum: & alibi ipse etiam dicit, in Sole & sale esse omnia.

Multi tamen hujus artis scrutatores mirantur, qua de re Antiqui de sale majorem mentionem non fecerint, cùm sit  
aliis

## 24 *Philosophorum Magisterii*

aliis principiis alligatum, ac cum eis innatum: Sed nullo modo de hac re mirari debent, cum nihil sine sale, nec sine sulphure, neque sine mercurio considerari possit.

Qui ornati sunt vera Philosophia nunquam considerare possunt unum principium naturæ sine aliis, cum unum nunquam sit, nec esse possit sine alio. Sed quia hic sermo est de principiis naturæ, tamen non intelligendum est quod natura sit ab ipsis generata: sed è contrà, quia ipsa sunt à natura producta quæ ipsorum mater est. Et ipsa natura est illud punctum ad quod hæc Elementa tendunt, sicut jam demonstravimus, & sunt elementa quibus natura utitur, ut ex concordantia eorum omnia naturalia generentur.

Tu ergo studiose hujus divini operis, si facile velis ingredi Palatium Aureum hujus dulcis matris, ut planè videas nostri Phœnicis aurei generationem, & nostri mirabilis Elixiris metallici perfectionem attingas: tria apud te repete, scilicet materiam ex quatuor Elementis compositam:

**Formam** : Formam hujus compositionis , & privationem hujus formæ , quæ est resolutio compositi ad sua principia , & hoc est nostræ artis initium : quo ritè perpenso explicationem sententiæ Aristotelis invenies , & multorum aliorum cum ipso dicentium : \* *Sciant Alchimista metalla transmutari non posse nisi in primam materiam reducantur.*

Ad regenerationem ergo omnis individui , ars naturam superans debet suas operationes per resolutionem in sua principia incipere : hac enim resolutione fit quædam rejectio ac separatio rerum terrestrium , & superfluarum à substantia , quæ ab initio compositi junctæ sunt speciei ; quæ substantia à forma sua prima accidentali separatâ istâ resolutione , & partibus superfluis separatis , sibi formam priori nobiliorem acquirit : quod est sapiens dictum his verbis : *Formâ destructâ introduciur alia* : quod fieri non potest nisi putrefactione mediante , & non sine causa Philosophi dicunt , *putrefactionem unius esse generationem alterius.*

Qui , quantumvis parvo præditus

• *In cap. 3. de Meteor.*

B

fuerit



fuerit ingenio , facile poterit intelligere non sine causa, Antiquos Philosophos, ut docerent modum operandi, sapienter repetiisse in doctis scriptis suis, *solve & coagula*, quod nihil est aliud quàm resolutio & formæ renovatio ut diximus : Et quia resolutione ista fit separatio rerum superfluarum ac terrestrium ingressum impredientium , hæc operatio à multis dissolutio nuncupatur : Et reverà dissolutio nihil aliud est quàm separatio , & congelatio nihil aliud quàm conjunctio. Sub his duobus verbis tamen, totum operis mysterium comprehenditur. Multi hæc verba sæpe legunt inconsideratè , & quumprimum pronunciata , memoriâ subito elabi permittunt : licet enim non multum contineant locum in pagina in qua scribuntur , tamen sunt maximi momenti.

Cùm ergo , in *solve & coagula* , contineatur quicquid est arti nostræ necessarium ; mihi videtur non esse extra rem sensum aperire horum præstantissimorum verborum, & altitudinem explorare, ad impediendum ne multi laborantes qui sunt in tempestate nostri oceani metallici pericli-

perolitentur, & ob ignorantiam istorum  
verborum perdantur.

Philosophi operationem suam variis  
nominibus vocarunt, ut, celaretur iis qui  
introitum non habent ad hoc divinum  
arcanum: & ut id, suis propriis alumnis  
aperirent, se ad hæc duo verba à Celeber-  
nensis inventa restrinxerunt: sub quibus  
non solum significarunt totam operatio-  
nem necessariam, sed etiam materiam  
qua utendum docent, quæ materia est  
ignis & aqua, scilicet sulphur & mercuri-  
us, fixum & volatile, dissolvens & con-  
gelans, solubile & coagulabile, agens &  
paciens.

Sed nondum satis hæc verba sunt con-  
siderata de operatione quia sunt maxime  
momentosa: Nam propriè dissolutio  
sicut dixi, separationem significat: ita ut  
intelligendum sit quid separari debeat,  
& quomodo fieri oporteat.

Multæ autem separationes sunt facien-  
dæ, his comprehensæ vocabulis: separan-  
dum enim est substantia à cortice, & cras-  
sum à subtili, &c. ut ait *Hermes*: & hoc  
fit absque manuum interpositione, quia  
natura hanc separationem facit igne me-  
diante,

## 28 *Philosophorum Magisterii*

dianthe, materiis in suo proprio vase inclusis, & hoc fit virtute aquæ nostræ heterogeneum separantis, & homogeneum illico unientis: pari ratione hæc unio quæ fit ex partibus homogeneis, est congelatio: præterea, cum verè dissolutio sit separatio, etiam separanda sunt Elementa unita, post eorum congelationem, unde sequitur reunio, quæ est verè coagulatio, & animæ corpori conjunctio ad nativitatem nostri elixiris.

*Hermes*, magnus ille heros Philosophiæ naturalis, ut scientiæ alumnis modum procedendi aperiret, ostendit nostram artem orbis creationi esse similem, dicens in sua tabula smaragdina, *mundum sic fuisse creatum*, Ipsos ad contemplationem compositionis Chaos, & Elementorum separationis, in principio Mundi remittens, quibus separatis, ac ordine secundum eorum qualitates collocatis, eorum reunio in terra fuit causa generationis omnis individui. Sic elementa specifica, materiam nostram metallicam componentia, à massa ita separari debent, & simul modestè reuniri, ut actionibus suis activis & passivis nostrum Elixir generetur:

aur: ex quibus concordantia Philosophorum notanda est.

Plurimi autem hanc pretiosissimam medicinam quærentes, aurum potabile facere suscepunt: sed cum non bene intellexerant qua de re Philosophi locuti sint, toto cælo aberrarunt. Multi conati sunt conficere aurum & in spiritum ipsum reducere, tam ad humanam naturam curandam, quam ad metalla, mediantibus aquis fortibus communibus, aquis regtis, spiritibus salis, oleis tartareis, & aliis diversis modis dissolvenda, sed frustra laborarunt: quia hæ dissolutiones non sunt naturales, nec dissolventia hujus naturæ sunt de specie metallica, sed potius de specie salium, in quibus aurum & alia metalla tandem totam formam suam amittunt, & vitrificantur, & tandem omnino destruntur, quâ formâ expulsâ & destructâ, speciebus & formis salium vitrificantium, natura metallica aliam formam sumit, & hoc fit secundam naturam dissolventium, & sic totum opus suum deperdunt: nam per hujusmodi operationes, nunquam aurum & cætera metalla, in spiritum ad

### 30 *Philosophorum Magisterii*

opus Philosophicum idoneum reducuntur, nec in primam materiam suam vertuntur: licet enim Philosophi dicant metalla suâ formâ esse privanda ad aliam formam introducendam: hanc tamen destructionem sive privationem formæ, Philosophi non intelligunt esse destructionem formæ essentialis metallorum, quia hoc modo fieret ruina totalis speciei: neque mutationem formæ metallicæ in formam alterius speciei dicere voluerunt: sed solum per istam privationem formæ, sepelitionem tantummodò formæ metallicæ intellexerunt imperfectæ, ad aliam perfectiorem acquirendam, ut supra diximus: & hæc sepelitio formæ fit in resolutione ad principia, quæ sine putrefactione nullò modò fieri potest. Quapropter Philosophi semper jubent formam metallicam pro transmutationibus Metallorum servare: ita ut Elixir semper remaneat sub vera forma metallica perfectissima, alioquin perfectum metallum non efficeretur.

Notandum est enim, quòd si nostrum Elixir formam auri perfectissimam non haberet, nunquam eam metallis imperfectis,

scitis communicare posset : cum nihil dare possit quod non habet. Etiam notare debet artifex ; quod quicumque voluerit aurum sive argentum in spiritum reducere , scilicet in suam primam materiam quæ spiritus est metallicus , & aqua metallica non inadefaciens manus ; nunquam hujusmodi solventibus supradictis uti debet : quia non sunt , nec esse possunt de prima materia auri nec aliorum metallorum.

Verum autem aurum , & cætera metalla , ad virtutes transmutativas acquirendas , sive pro metallis , sive pro corporibus humanis , nullô modô succedere possunt , nisi sint in primam materiam suam reducta , ex qua facta sunt , & illa materia est nostra aqua metallica ab omni superfluitate repurgata , & hæc est solvens omnium metallorum , ac eorum mater sicut in prædictis. Sed alia solventia non sunt hujus naturæ , quia unum dissolvit aurum , & non argentum , & aliud dissolvit argentum & non aurum : & hæc omnia solventia sunt naturæ corrosivæ , & virtutem rerum solutarum destruant.

Sed audiamus verba *Trevisani*, sic ille. Quærite, inquit, dissolvens unum quoddam metallo in ipso dissoluto, in materia & forma congelari possit. Ergo hoc dissolvens de natura metallica esse debet, alioquin hoc fieri non posset: & hac ratione dicitur, in *Turba Natura naturam amat, & cum ipsâ latatur, & natura quiescit cum natura.*

Sed quoniam hæc aqua metallica sive solvens naturale metallicum inveniri non potest alibi quàm in metallis quæ idem possident: Ergo in metallis & inter metalla quærendum est.

Oportet ergo, ut metallum perfectum introeat in uterum matris ex qua factum fuit, ut ibi novam naturam priori perfectiorem accipiat, quod totum est secretum nostrum: & hoc regeneratio vocatur.

Multi tamen se jactant essentias præstantissimas habere ad corpora humana sananda, quibus per excellentiam nomen *auri potabilis* tribuunt, licet in eis aurum non sit: sed certè, nihil hoc nomine vocari debet nisi aurum ipsum arte mediante præparatum: ac proinde plurimi  
deci-

decipiuntur cementes ista pharmaca ingente vi pecuniæ, quæ vili pretio vanire debent.

Sunt etiam alii, qui aurum potabile nominant, tincturas ab antimonio, lapide calaminari, & ab aliis mineralibus extractas, in quibus primum Ens auri consistere dicunt: Sed valde decipiuntur: tinctura enim auri, in ipso auro tantum reperitur tanquam suum semen.

Verumtamen inter omnia metalla hoc nomen non solum auro donatur propter suam tincturam pretiosissimam, sed etiam propter perfectionem, & fixationem ac permanentiam in igne: & hac ratione cognitum fuit pro purissima materia ex elementis purissimis composita, & in ipso esse punctum fortissimæque elementorum ligationis nodum.

Quamobrem Antiqui studuerunt ad ejus virtutem exaltandam, ut ex eo medicinam elicerent aptam, & elementorum ligamentum pacificum invenirent.

Sed ut verè dicam, si aurum potabile nihil aliud esset quam primum ens auri, hic titulus, priori ratione, unico nostro dissolventi tribui tantum posset, cum quo



prima auri materia est innata, ac à natura nobis data informata, ut arte perficiatur.

Licet enim hæc materia præparari possit, & ad esse multò perfectius disponi, tamen id fieri facile non potest, sine materiæ omnino perfectæ interventione, cui materiæ perfectæ, instrumentum formale hujus perfectionis natura concessit: idcirco Antiqui dixerunt scitissimè, naturam perfectam perficere naturam imperfectam: & multis aliis terminis usi sunt ad hoc significandum, quos prætermittam ne prolixitas tædium moveat lectori.

Sic ergo materia imperfecta perficitur auxilio ejusdem materiæ jam à natura perfectæ, quæ est aurum purum, quod fermentum vocatur.

Quidam irridentes eos qui hanc pretiosissimam medicinam quærunt, significare volentes eam nunquam inveniri posse, axioma verissimo à quodam doctissimo prolato utuntur: scilicet quod nunquam ista medicina invenitur nisi in ventre mortis: quod optimè magisterii nostri veritati applicatur: extra aleam enim dubitationis positum est eam in ventre

ventre mortis inveniri, sed est de morte auri intelligendum. Quod nobis erit argumentum ad quæstiones quasdam solvendas à novis hujus arcani scrutatoribus agitata, affirmantibus non opus esse auro communi in principio operis Philosophici, quia mortuum esse dicunt, & ex specie mortua nullam trahi posse actionem vitæ ad illius propriam generationem: sed aurum vivum potius accipiendum esse.

Quod videtur multum favere opinioni eorum qui principium sive primum ens auri quærunt, aut primam materiam ejus, quam initium operis esse dicunt. Sed cum malè intellexerunt dicta Philosophorum, eligunt, ut jam dixi, tincturas heterogeneas quas è mineralibus aut semi-metallis extrahunt, quasque credunt esse aurum vivum: & sic magnopere falluntur, materiam malè eligentes, etiam Philosophorum vocabula malè intelligentes, dicentium mortuum esse vivificandum, & vivum mortificandum, quod fieri debet in eodem tempore, ut diximus dum de solutione & coagulatione. Sed ut bene intelligant, utrumque requiritur, scilicet

mortuum ut à vivo vivificetur, & vivum ut à mortuo mortificetur. Et quamvis aurum purum multi existimassent mortuum, tamen mortuum non est dum anima sua, scilicet tinctura ejus quæ est naturæ ignis existit in examinatione : Nam ubi anima est, ibi vita ; & ubi vita, ibi motus qui percipi non potest nisi arte mediante.

Sed quia hîc de duabus speciebus aurum esset quæstio, scilicet de auro vivo & de mortuo ; nunc aliquid de iis & de differentia eorum tractare debemus.

Verum est quod Philosophi dixerunt aurum commune esse mortuum, & inutile ad opus Philosophicum, sed sciendum est qua ratione aurum mortuum vocant, & commune dicitur. Sciant igitur omnes hujus scientiæ investigatores, magnam esse differentiam inter aurum mortuum quod etiam commune dicitur, & aurum vivum quod est aurum nostrum. Aurum verò commune dicitur mortuum respectu impuritarum sibi conjunctarum quæ perfectionem ejus abscondunt ; etiamque respectu mixtionis aliorum metallorum sibi conjunctorum quæ imperfectionem illi dant, & impediunt ne in lucem

lucem prodeat: & hac de causa, hoc aurum indiget separatione rerum superfluarum, quæ sit arte mediante, ut purum fiat.

Sed quare aurum purum à quibusdam Philosophis, etiam mortuum dicitur, cum non sit commune nec impurum, & sit ad 24. Karatta conversum? Quarum rerum consequentiæ notari debent.

Omne aurum, motum naturalem non habens, nec ullam virtutem sanandi, neque vim in specie multiplicandi, vocatur mortuum. Et hac ratione, ipsum vivificari dicitur, ut fiat vivum, & in specie sua regeneretur: tunc non est mortuum, sed est aurum vivum, & aurum Philosophorum.

Sed jam aliquem audio mihi dicere ac petere, de quo motu verbum faciam, & quomodo hoc intelligi debeat?

*Responsio ad Præmissa.*

**M**otus quem voco, non est motus localis: sed est ille motus quo omnia, de imperfectione ad perfectionem veniunt, & de perfectione ad perfectiorem tendunt, & de qualitate perfectiori

Aiori ad perfectissimam ducuntur : quod fieri non potest nisi artis administratione, unde fit putrefactio rerum, & sepelitio formæ imperfectæ quæ privatio dicitur, per quam aurum regeneratur. v. g. Sicut granum tritici à spica separatum, & in terram matrem suam injectum, ibi moritur, deinde germinat, & relinquit suam primam constitutionem, ut alia virtus multiplicativa sumatur dilatatione suæ propriæ virtutis, scilicet seminis. Quod evenire non potest quin sit à cortice suo separatum, atque ab omnibus superfluitatibus sibi junctis vacuum : & hæc separatio fit resolutione mediante in suum mercurium vegetalem qui in terra quiescit, & qui vitam cœlorum habet, & illud vivificat, ac virtutem ejus multiplicantem multiplicat pluribus gramis ejusdem naturæ. Pari modo de auro mortuo supradicto.

Oportet igitur ut aurum commune sit purificatum, & ad ritulum 24. Karattozum reductum, postea in mercurium ejusdem naturæ dissolutum ac putrefactum, quia putrefactio unius est generatio alterius : & hæc putrefactio, mors dicitur.

dicatur. Et hac ratione probatum fuit à quodam doctissimo, quòd nunquam lapis Philosophorum invenitur nisi in ventre mortis : id est in ventre putrefactionis.

Etiainque aqua nostra dissolutiva quæ à multis, aurum crudum est nuncupata, vivum aurum dici potest, quia ab ipsa & per ipsam aurum viram accipit: quapropter, post purificationem ejus, aqua viva, & noster mercurius vocatur.

Ex quibus notandum est conjunctionem utriusque, nempe vivi & mortui, scilicet volatilis & fixi, cum unum sit agens, alterum verò patiens, fieri debere: & sic magisterium nostrum instructum esse completum.

Cùm igitur susceperim in gratiam Celeberrimorum & præstantissimorum hujus sæculi, omnium artium altissimam, rarissimam, ac præstantissimam dirigere, ac in lucem edere. Primò, hîc incipiam per veræ ac unicæ materia demonstrationem, ex qua metalla omnia generantur, quæ est prima materia corporis perfecti, ac ferè omnibus inco-  
gnita est, æquæ ac operatio : quâ de  
causâ

causâ omnes in magnum errorem incidunt, ac in mari periclitantur.

*De materia ex qua metalla generantur.*

**M**ateria autem de qua fit sermo, ab Illustrissimo Philosophorum Patre, satis ac clarè indicata fuit, quando sibi nomen tribuit se esse *Hermen*; & reverà hoc est nomen proprium materiae metallorum. Natura eam nobis apertè ostendit, & veri Philosophi nomen ejus sigillare noluerunt, quando ipsam mercurium sive argentum vivum vocarunt: & clarè nos docuerunt metalla esse generata & composita ex sulphure & argento vivo, in unicâ & eâdem substantiâ mercuriali conjunctâ, sicut jam superius deteximus, & sic veritatem dixerunt.

Omnia, inquit Aristoteles, convertuntur & tandem reducuntur in hoc ex quo facta fuerunt, ac originem traxerunt.

Et experientia nos docet omnia metalla esse in argentum vivum convertibilia, ac proinde à nullâ aliâ materiâ fieri possunt, quicquid possit opponi, quæ decocta & à suis superfluitatibus repurgata igne

igne minerali, congelatur postea in metallum, secundum gradum suæ digestionis & purificationis.

Præterea, Philosophi lapidem habentes dixerunt quod, cum ipso lapide argentum vivum in aurum sive argentum purum transmutatur, quod nunquam fieri posset si argentum vivum materia metallorum non esset, nam hæc transmutatio fit naturam imitando.

*Quomodo ex ista materia mercuriali,  
metalla generentur, & de natura  
operatione.*

**E**T quoniam cognoscere præsertim debemus naturæ operationes in metallorum productione antequam ad opus Elixiris accedamus. Dicam verum esse illud argentum dictum, in se naturaliter duas qualitates continere, nempe sulphur & mercurium, quæ sunt, ut ita dicam, elementa materiæ: scilicet ignis & aqua, in quibus alia elementa sunt reclusa, & sunt maris & foeminæ spermata, quibus natura utitur ad metalli generationem: & terra



terra mineralis est instar matricis in qua ignis est inclusus à naturæ motu proveniens, qui excitat materiæ qualitatem sulphuream, scilicet elementum igneum, ut se moveat & agat in suam propriam humiditatem mercurialem sibi passivam, quæ per actionem hujus sulphuris sive ignis, aqueum superfluum exhalat, & sublimationibus, terrestris separatur à materia ad metallum disposita, quæ densatur, & tandem cum suo sulphure congelatur sub specie metalli puri aut impuri secundum gradum suæ digestionis ac purificationis: ita ut cum ista materia mercurialis ad aurum generandum repurgata sit exhalationibus & sublimationibus in fodinis factis ab igne moriente, non possit amplius locum ad ascendendum asperire: tunc materia propter suam spissitudinem quam per sublimationem acquirit, humore superfluo exhalato, retinetur in fodina, & ibi cogitur recipere & pati majorem calorem, reflexione vaporum igneorum occurrentium: ita ut suum proprium sulphur aut ignis suus dupliciter excitatus hoc calore, majorem operationem faciat, & agendo repurget non argentum vivum,

vivum, scilicet humiditatem mercurialem, ab omnibus accidentibus suæ perfectioni nocentibus, tali modo quod sulphur istud prædominando humidis qualitatibus & frigidis hujus materie, congelatur cum ipsa materia sub auri forma, & ipsi dat colorem citrinum, qui est color igneus cum humiditate mixtus, & iste color in altitudinem qualitatis extensus est, secundum quod sulphur superat humidum. Sed si in ista coagulatione, prædominantia qualitatum humidarum elementi aëris eveniat, & quod ab ipsis sulphur, scilicet ignis superetur; materia argenti vivi terminaretur in albedinem quæ est color aëris, unde argentum formatur. Et è contrà cum materia nondum fuerit purgata & debite à suis superfluitatibus separata, qualitatibus crassioribus remanentibus, nobiliores superantur, & occultantur; Unde fit generatio metalli imperfecti, secundum prædominantiam qualitatum nocentium sulphuri quod ab eis suffocatum est.

Hoc igitur sulphur in materia inclusum & detentum, est vis ac energia operis, & illud à radiis solis provenit quod  
argentum.

#### 44 *Philosophorum Magisterii*

argentum vivum & cætera metalla fixat in aurum, & dat eis suam tincturam auream non solam, sed & naturam: & ab ipsis omne genus impuritatis, & impropria accidentia tam nobili formæ nocentia, expellit, dummodò non sit ab eis suffocatum: Et quoniam est materiæ innatum, frustra multi alibi quærum.

Nam natura nos docet, in omni generatione, rem generatam in se fœmen & germen generationis continere, à quo producta fuit, cum quo quæque species multiplicatur: ac proinde nullo modo negari posse, aurum & argentum & cætera metalla à natura genita non tenere in se naturaliter inclusum à generatione sua hoc germen feminine, quod est illud sulphur à quo congelata & fixata sunt, quo omnis bonus Philosophus uti debet ad multiplicationem veræ tincturæ, quæ venit de potentia ad actum, nisi mendacii Philosophiam arguere velimus, & tor præclatis authoribus contradicere qui de ea tam scitè scribere nobis, ac nos docere paucis voluerunt, quod non oportet quærare aliud sulphur ad intentionem supradictam quàm in auro & argento: Et ita dixerunt,

*Sicronus*, in istis duobus tantum sunt radii ringentes, quod *Angurelli* sententiæ maxime resolvitur his verbis, *in auro veniunt auri semina, &c.*

Inferendum est igitur quod ars nulla alia materia indiget nisi illa quam jam natura formavit, & cui speciem metallicam dedit. Et sicut natura utitur agente & patiente ad hanc productionem, perneccesse est etiam ut ars idem agat, ad Elixiris generationem, aut lapidis requisiti productionem; & perfectas materias capiat, & fiat regeneratio, quæ quidem regeneratio metallorum perfectorum, est elixiris, sive lapidis nostri productio, quod artifex diligenter notare debet. Ergo imitando naturam arte nostra, consequentia notanda sunt.

*De materia lapidis, & primò, Quod argentum vivum commune crudum non est materia lapidis Philosophorum.*

**J**Am satis, & cum latitudine de materia metallorum & eorum generatione, in generali tractavimus, ac etiam naturæ opera-

operationem clarè demonstravimus :  
Nunc superest de materia lapidis tra-  
ctare.

Diximus autem materiam metallorum  
esse argentum vivum & sulphur, quæ ca-  
lore minerali simul decoquantur, & in  
metallum perfectum aut imperfectum  
vertuntur. Ac revera materia lapidis ni-  
hil aliud est quàm sulphur & argentum  
vivum coctum, postea arte purificatum.

Verumtamen non intelligendum est  
de argento vivo communi crudo, impuro  
& imperfecto: quia illud non potest esse  
materia lapidis.

Prima ratio, Omne impurum & im-  
perfectum, nullo modo aliquam rem per-  
ficere ac depurare potest: & mercurius  
vulgaris talis est; ergo alia metalla purifi-  
care, ac perficere nequit, sed potius ea  
inficit cùm eis mixtus est.

Secunda ratio, Quod metalla perficit  
perfectionem habet; & perfectio omnium  
in conjunctione æquali elementorum  
purificatorum consistit: Sed in argento  
vivo communi crudo, nulla elementor-  
um æqualitas est; ergo illud non est as-  
sumendam pro materia lapidis Philoso-  
phorum.

phorum. Major probatur, quia res perfecta est tandem permanens tanquam aurum: Et permanentia metallorum sit ab unione & conjunctione debita, ac proportionem Elementorum. Sed talia Elementa non sunt necesse possunt in argento vivo crudo, quia in eo semper sunt fugantia, & hoc scit qui videre novit.

Tertia ratio, Argentum vivum autem quod materia lapidis dicitur, est illud in quo media & extrema continentur, & ex quo elementa invicem arte separantur, Et hoc est argentum vivum ex elementis metallicis compositum, & non est argentum vivum commune crudum impurum & indigestum.

Philosophi dicunt materiam lapidis in natura media consistere; & argentum vivum commune dictum, ab ipsis nisi pro unico extremo & imperfectiori comparatur, & per consequens medium generare nequit, per quod transitus perficitur ab imperfecto ad perfectum. Media vero inter ea sunt magis cocta & magis depurata, & ad formam auri, aut argenti approximata, sed talis materia non est argentum vivum commune crudum.

Ex

#### 48 *Philosophorum Magisterii*

Ex quibus notare debet artifex, & scrutator hujus divinæ scientiæ, quod in electione materialium maximum secretum latet; Elige ergo pro lapide albo materiam ad album dispositam, & pro rubeo elige materiam ad hoc dispositam: Et providus esto ut ad quantitatem materialium habeas, non solum volatilem, sed & fixam, quia medicina in detrimentum descendit, cum ad finem perfectionis pervenerit; Causa verò hujus detrimenti est purificatio subjecti, ac superfluitatum separatio.

*Quid sit igitur Mercurius vulgaris.*

**N**E autem decipiatis in materialium electione, & ne accipias, ut ita dicam, mustelam pro vulpe, hoc est materiam pro alia, pernecessarium est ut scias quid sit mercurius vulgaris aut communis, & mercurius, aut argentum vivum ex quo fiunt metalla perfecta.

Cum jam satis metallorum generationem, ac materiam eorum superius ostenderit, Etiamque quomodo natura operetur in eorum productione: jam superest ut

*vasculas* cujus sint naturæ superfluitates quas natura separat ab ista materia metallari quæ argentum vivum vocatur, ad generanda perfectiora metalla : Et hæc de causâ rectè intelligendum est quòd argentum illud vivum fert secum duo genera superfluitatum, quarum una est ter-  
restris fetida, & adusta, quæ separatur ex materia ad metallum disposita, sublimationibus, in fodina, tanquam materia crassa & excrementosa, quæ manet conjuncta terræ fodinæ; altera verò subtilis est, aquosa, sulphurea, & nimis volatilis, ac nunquam fixabilis, quæ exhalatur per poros fodinæ, & aliquando secum ferens multum materiæ metallaris, & hoc secundum fodinæ porositatem sive aperturam ejus : & hæc materia aquosa & infixabilis mercurius vulgaris vocatur, qui à naturâ est ejectus, tanquam materia ad productionem metallorum inutilis : & qui postea est collectus, & huc & illuc à Mercatoribus translatus, & quandoque est simplex, & quandoque materiæ fixabili conjunctus : Et ideo multi decipiuntur in nostro magisterio, tam in operatione quàm in projectione : quia sunt multi



50. *Philosophorum Magisterii*

qui projectionem faciunt super ipsum argentum vivum, sed nihil inveniunt, quia est simplex, nullam materiam fixabilem habens.

- Sed argentum vivum quod materia media est, ex quo natura metallum perfectum format, in fodina manet & ibi congelatur, ut diximus, calore mediante, post separationem dictæ materiæ aquosæ, quæ cum adest congelationem impedit. hoc diligenter scrutatores hujus artis notare debent, cum sit totum magisterii secretum: ex mala enim materia nihil boni educitur, sed ex bona opus perficitur. Curam igitur suscipe, Lector benevolens, ut possis rectè intelligere quæ tibi dixi de vera materia; quia, quod alii omnes occultârunt, ego tibi hæc revelavi.

Cum verò hæc materia, sive argentum vivum ad opus Philosophicum, sit inventu difficile, propter ignorantiam Mercatorum qui nesciunt distinguere bonum, nec ipsum servare; sed omnia argenta viva qualiscunque naturæ sint, inter alia interjiciunt: quô fit ut nullum bonum argentum vivum ad hoc opus requisitum, in præseni tempore habere possimus,

## *Purissima Revelatio.* ¶

mus, nisi cum magnâ difficultate, necessarium est ut in fodinis capiatur bonum.

Sed ut tuum opus acceleres, hîc tibi verè dico, quòd inter omnia argenta viva, eligere debes illud quod ex fodinis aureis educitur, pro opere rubro, & ex argenteis fodinis, pro albo: quia in istis duobus tantum dispositionem naturalem invenimus, ad aurum & ad argentum, & sunt puriora aliis, & magis cocta. Et hoc est magnum secretum. Verumtamen istud argentum vivum quod mercurium vocamus, non est materia prima omnium rerum, quæ à multis quaesita est: sed est prima materia ad metallicam destinata, formata ac specificata, quæ retrogredi non debet, sed tantummodò cum materia jam cocta coqui debet: Vnde dicitur, materia cocta crudam decoquere, & perfecta, imperfectam perficere.

## *De Philosophorum igne occulto.*

**Q** Vicumque verò credit metallorum digestionem, igne simplici & adurenti perficere, nunquam ad intentum suum perveniet, sed igne Philosophico uti debet.

C 2 At

## §2 *Philosophorum Magisterii*

At verò Philosophi duplicem ignem habent, nempe unum humidum, alterum verò siccum, de quibus confusè locuti sunt, ut eos ignatis occultarent, nescientibus eos distinguere neque cognoscere: sed tamen ab istis duobus ignibus totum magisterium pendet: sed de iis Philosophi locutifuerunt tanquam si unus solus ignis essent; & multifariè hoc celaverunt; verumtamen multis sermonibus revelarunt ingeniosis artificibus qui horum ignium necessitatem noscunt.

Quandoque mandant mercurium sublimare, & quandoque dissolvere, sed non causam docuerunt, nec quando sublimari debeat.

Alii verò dicunt mercurium congelare, & alii, eum desiccare & in pulveremvertere: sed non ostendunt modum hujus dissolutionis, neque desiccationis istius.

Sed, ut vobis totum hoc mysterium deregam; Notandum est, mercurium præparandum sublimationibus reiteratis, ut purum & tamen vivum remaneat, & hic est ignis humidus, cujus necessitatem habemus in initio operis Philosophici, cum quo, & ex quo metalla dissolvuntur,

ant, & in mercurium reducuntur; & cum sit mercurius ita præparatus, in profundum metallorum penetrat, & separat quod ibi est superfluum, quod fieri non posset, si mercurius non esset de natura ignis.

Etiã, dissolvere mercurium, est ipsum à corporibus dissolutis separare, & arte mediante illum acuere, sublimatione iterata, ut nullam fœcem habeat, & sit purissimus; est enim aqua nostra de qua dixerunt Philosophi, sic loquentes, Aqua nostra mirabilis est, quia calidior est igne, & illa in merum spiritum reducit aurum, quod igne elementalì fieri non potest.

Postea hæc aqua desiccari debet ut in pulverem vertatur. Et hæc desiccatio fit igne sicco Philosophico mediante, qui est ignis occultus & siccus, qui tamen non invenitur nisi in calcinatione, sicut infra docebitur.

Multi tamen de hac desiccatione locuti fuerunt, artificibus mandantes mercurium alterare; Alii mortificare præceperunt: Alii verò jusserunt eum sepelire, quod nihil aliud est quàm illum

alterare: quia prout ejus substantia alteratur per artificium, sic & alterat & materiam aliam mutat. Ideo si alterationem naturalem facere velimus, Oportet ut primò naturam alteratam habeamus, ut aliam materiam alteret secundum naturam, & ducat eam in Elixir completum. Et quantò magis hic ignis calidus est, tantò magis est deficcativus ac terminativus humidi naturalis, ipsum convertentis, & cum seipso colligantis absque separatione in æternum.

Scias ergo, ingeniose artifex, hunc ignem occultum perficere compositionem, quoniam ex illo, & per ipsum totum opus perficitur. Iste autem ignis occultus, non consumit humiditates naturales, sed potius eas ad terminum complexionis veri elixiris ducit, & hoc fit separando humiditates subtiliores quæ mercurio junctæ sunt, ex quibus fiunt dissolutiones quæ ad hoc servari debent. Et hoc totum fit per sublimationis artificium, quod sublimatio Philosophica nuncupatur.

Nunc videamus qualis sit ista sublimatio, & quales sint ejus operationes, antequam processum operis incipiamus.

*De*

*De divisione & ordine sublimationis  
Philosophice, & operationibus  
requisitis.*

**S**icut corpus dividitur per membra, & omnia membra ad unum compositum reducuntur, quod est corpus: sic sublimatio nostra Philosophica in partes varias dividitur, ad unam tamen finalem dispositionem perfectam tendentes: Cujus sublimationis primam partem Philosophi dixerunt esse dissolutionem Corporis.

Secundam, putrefactionem nuncupant.

3<sup>a</sup> est sublimatio, sive separatio aquæ à terra.

4<sup>a</sup> est corporis ab aqua separati calcinatio.

5<sup>a</sup> est aquarum destillatio.

6<sup>a</sup> est imbibitio sive cibatio, & specierum mortificatio.

7<sup>a</sup> est mortuorum resurrectio.

8<sup>a</sup> est corporis calcinati ablutio, & resolutio.

9<sup>a</sup> verò & ultima, est uniformis substantiæ jam ablutæ coagulatio, & calcinatio, quæ est finis circuli.

Nos autem habemus ac designamus tres gradus in supradicta sublimatione Philosophica, antequam sit perfecta & completa.

Primus gradus qui ab omnibus Philosophis omissus est, nihil est quàm depuratio materialium, & ab omnibus fœculentis terrestribus separatio, quæ primum opus vocatur, & à quibusdam Philosophis lapis minor nominatur.

Secundus verò gradus, est subtiliatio substantiæ à fœcibus suis depuratæ ac separatæ, & maris & fœminæ conjunctio, ad magnum lapidem componendum.

Tertius gradus verò est totius substantiæ depuratæ elevatio & exaltatio, & postea fixatio, in quo quidem gradu magisterium consistit.

In unoquoque gradu sunt septem rotæ aut circuli, & in unoquoque circulo septem operationes supradictæ existunt, & tamen non sunt nisi unica operatio respectu naturæ, sicut infra declarabitur; Et est notandum quod ultima operatio supradicta,

supradicta, refertur ad primam, Et est  
finis circuli.

Ultima igitur operatio primi circuli  
est principium circuli secundi, & ubi pri-  
mus circulus desinit, ibi secundus inci-  
pit. Et sicut dictum est de circulis, ita in-  
telligitur de gradibus sublimationis no-  
stræ Philosophicæ.

*Quare predictæ operationes non sunt  
nisi una operatio, & quòd omnes  
ad unum reducantur.*

**Q**UAMVIS autem omnes operationes  
videantur esse plures & diversæ, ta-  
men Philosophi nonnisi unicam opera-  
tionem intelligere voluerunt, quam sub-  
limationem eorum vocarunt, unde subli-  
mare propriè est elevare, & subjectum  
subtilius reddere : quia argentum vivum  
recipit totam suam mutationem & sepa-  
rationem à suis superfluitatibus, sublima-  
tione dictâ. Etiam sublimare est mortifi-  
care : quia argentum vivum non subli-  
matur nisi mortificetur, nec sophisticè,  
nec philosophicè : & ab hac sublimatio-



58 *Philosophorum Magisterii*

ne , res mortificatæ subtiliantur ac ele-  
vantur , post rerum superfluarum separa-  
tionem. Et hoc fit per mutuam actionem  
naturæ suæ , & sic materiæ digeruntur ,  
subtiliantur & purificantur , & sic in om-  
nibus rebus natura operatur , rejiciendo  
superfluitates ad perfectionem ei nocen-  
tes , quæ rejectæ postea manibus aufe-  
runtur juvando naturam ; & hæc separa-  
tio fit manibus , sicut excrementa infan-  
tis , quæ à naturâ rejecta sunt.

Ita facit artifex , separat quod natura  
priùs per digestionem à sui homogenei-  
tate divisit : Vnde oportet ut natura  
priùs operetur antequam artifex aliqui  
separare possit : & quia hoc opus subli-  
mationis est naturæ operatio , dixerunt  
ipsum esse opus Philosophicum , & eo-  
rum naturalem sublimationem : quia non  
nisi à solis naturalibus philosophantibus  
potest natura indagari , nec per conf-  
quens inveniri.

Aliæ verò operationes quæ videntur  
esse plures : scilicet calcinatio & distill-  
tio , sunt quædam præparationes quæ hi-  
bilitant materiam ad agendum & patie-  
dum per sublimationem cum præpar-  
tic

nonne perfecta, quæ perfecta præparatio  
fit per sublimationem philosophicam,  
cum sit opus naturæ & non aliter.

Vnde *Rasis* faciens differentiam inter  
istās operationes, sic dicit, Nos habemus  
aliquas præparationes quæ præcedunt  
nostram perfectam præparationem,  
quas aliqui vocant distillationem, alii  
mundificationem, & alii calcinationem,  
& aliqui rectificationem. Et hoc est dictum  
*Rasis*.

Sed quamvis videantur esse plures operationes  
& plures viæ, verumtamen non sunt nisi una operatio, quia omnes tendunt  
ad unum finem perfectionis, & habent connexionem  
ad illam ultimam finalem, sicut membra corporum  
connexionem tenent ad corpus: & ideo nec sunt  
unum corpus perfectionis finalis, ad quam omnes  
quidem operationes se habere dicuntur: sed est illa  
ultima operatio per quam penetratio & transmutatio  
acquiritur. Vnde dicit *Albertus*, i. mineralium  
in capitulo incipiente, *Experimenta*, &c. quo recitat  
opinionem *Callisthenis*, circa finem ipsius capituli,  
sic dicit: Quoniam calcinando, sublimando &  
distil-

distillando cæterisque operationibus quibus Elixir penetrare & corrumpere potest species metallorum, nihil aliud sunt quàm præparationes operationem finalem & completam præcedentes &c.

*De Causa variationis nominum hujus sublimationis.*

**H**oc igitur opus sublimationis dico esse primam lapidis rectificationem, sive mercurii præparationem, à modernorum operantium compluribus ignoratum. Incidunt enim in errorem propter varietatem nominum à Philosophis impositorum.

Quidam eorum enim hanc sublimationem vocant dissolutionem, quidam ablationem, & quidam distillationem, quidam calcinationem. Causa verò intentionis eorum qua moti sunt ad hanc nominum impositionem est hæc: Res quæ sublimatur in ignitione liquatur antequam volet ab igne, cum omne liquabile sit de natura aquæ sicut ab *Alberto* probatum est in suo libro mineralium: Ideo sublimationis opus vocaverunt solutionem

nem in mercurium, respectu finis operationis.

Alia ratio est, quia quod sublimatur in fumi speciem ascendit, & omnis fumus est aqua, sicut jam ostensum est. 3a autem ratione, vocatur dissolutio, quoniam ligamen à naturâ factum, scilicet unio partium adustibilium ac terrestrium argenti cum subtilibus partibus, rumpitur & dissolvitur per ignem, ita ut partes subtiles mundissimæ, relictis crassis corruptentibus, eleventur: & hoc testatur *Mirendus*, dicens, *aperiet corpus lique fieri, ut à sua corporea alteretur natura, quousque dissolutione corpus diveniat, spirituale fiat & tenue &c.*

Et *Corpholeus* ait, Scitote hujus artis investigatores, quod omne corpus dissolvitur cum spiritu cui mixtum est de genere suo, quod proculdubio similiter fit spirituale.

Cum autem sublimetur hic spiritus, vocatur aqua, ut prædixi, quæ quidem aqua seipsam lavat & mundificat quando subtilissimæ ejus substantia ascendit, partibus ejus corruptentibus prætermisissis, hac ratione, hoc opus sublimationis, etiam

etiam ablutionem vocarunt.

Et Novum Testamentum ait, lapis debet primum cognosci cujus sit generis vel naturæ, & postea per ablutiones & fusiones debet mundari. Distillationem verò hoc sublimationis opus vocarunt, quia sicut aquæ in fumi speciem ad alembicum ascendunt distillando; ita sublimando hæc aqua nostra & spiritus noster, ascendunt in fumum in summitate vasis Philosophiæ. Et hoc est quod *Hermes* in secreto suo dixit, scilicet portavit venturum in ventre suo, hoc, distillatio intelligitur.

Philosophi etiam vocaverunt hoc opus sublimationis, Calcinationem: quia sicut lapides calcinantur propter separationem suæ humiditatis consolidantis, quæ ab igne separatur: sic iste lapis, mediante igne sublimationis à suis humiditatibus separatur, desiccatur, & omni humiditate privatur, & in fundo vasis Philosophiæ calcinatur: nam calcinatio nihil aliud est quàm rei pulverisatio igne mediante: & pulverisatio fit ex privatione suæ humiditatis consolidantis: Et hæc causâ, hoc opus Calcinationem vocarunt,

runt, & certè non mentiti sunt sicut patet per prædicta.

Tamen notandum est quòd istud opus sublimationis diversas pulverisationes aut calcinationes petit : Vnde una fit respectu corporis, alia verò fit respectu spiritus, sicut infra in usu declarabimus.

Quamobrem assero quòd qui semel perfectè cognoverit naturam sublimationis supradictam, ipsa demonstrabit in quo magis operationes restringuntur, & quod non nisi unico vase indiget ad album & ad rubeum successivè componendum : At quicumque scit illam facere, scit etiam dissolvere, distillare, congelare, calcinare, & ingerere totum insimul ; quia ubi non sunt superfluitates, ibi natura non separatione manuum indiget, quæ tamen superfluitates prius partium naturalium contactum impediabant : quia natura actione & passione multipliciter conturbatur cùm minimum unius non tangat minimum alterius : nec per consequens eorum qualitates possunt agere nec pati ad novam speciem vel novum compositum generandum ; & hâc ratione, natura ad subsidium artis recurrit : ut ars faciat quod

#### 64 *Philosophorum Magisterii*

quod natura non potest in separatione superfluitatum impediendum.

Et notandum est quod licet sublimatio reiteretur ad perfectam mundificationem faciendam, quæ quidem perfectio metam primi gradus significat : Attamen non est nisi unica sublimatio, unica via, & unicus modus à principio usque ad finem: nec dicitur primus gradus perfectus nisi sit ad metam perfectionis, scilicet mundificationis tantum, & hoc intelligi debet : & ista mundificatio & preparatio primi gradus, ab omnibus Philosophis abscondita fuit, quod magnum est secretum.

Nunc satis, sermonibus prædictis, Theoriam hujus divinæ scientiæ demonstravimus ; Veniamus igitur ad planam demonstrationem modi agendi, & ad opus ingrediamur.

## INGRESSUS



## INGRESSVS OPERIS.

*Et primò , quomodo Artifex materias  
disponere debeat , ut in eis Natura  
Actione & Passione operetur.*

**I**N Nomine Domini. Recipe  
igitur argenti vivi jam tibi de-  
monstrati, libram unam, & illud  
secundùm artem præpara, & ab  
omni sordidie libera, quod sit subli-  
mationibus reiteratis cum sale præpa-  
rato : & tandem sit argentum vivum in-  
clarissimum colorem celestinum redu-  
ctum.

Postea, Recipe unam unciam purissi-  
mi auri in tenuissimas laminas reducti, &  
cum decem uncis hujus mercurii præpa-  
rati junge, ut fiat amalgama, & totum  
per filterum lincum transeat. Cùm totum  
verò transmissum fuerit, pone materiam  
in phiala rotunda quæ matrarium voca-  
tur, in quo verò fiunt quædam dissolutio-  
nes, sive materialium resolutiones, & sit  
tertia.



# 66 *Philosophorum Magisterii*

tertia pars hujus vasis vacua, ut materia ascendere & descendere possint. Vas hermeticè sigilla ut nihil respirare possit, & hanc materiam igne leni, per mensem decoque, & bis in die, vas pannis calidis involvere debes, & inter manus tuas recipere, & agitare ut materia bene miscantur, & quod ascenderit ad imam partem vasis descendat.

Decoctione peracta, vas inter manus recipe, & agita totam materiam, statim in magnam scutellam vitream infunde, & hanc materiam aqua pluviali destillata abluere ut tota separetur nigredo, pluribus ablutionibus, & aquam sordidam abjice; tunc materiam nitidam desicca igne leni quousque nulla humiditas ac vapor aqueus percipi possit; postea materiam desiccata, aliquo panno tenuissimo, & albo terge, eam fricando, donec nulla nigredo in panno appareat; & ab hac operatione fit separatio rerum heterogenearum magis crassarum.

Materiam deterfam ac bene nitidam & clarissimam, & sicut superius preparatam & lucidam, in vas sublimationis infunde, ut ibi, igne lenissimo cinerum,

rum, materia volatilis à spissitudine separatur, id est, ut spiritus à corpore dissolvatur: Sicut dicit *Hermes*, aquam à terra separa, subtile à spisso &c. Et hoc vas sublimationis aludellum vocatur, & ex fortissimo vitro hoc vas fieri debet, cujus forma in fine hujus libri depicta erit cum suis partibus.

Verumtamen hoc vas in tres partes dividitur, scilicet in copellam cum suis coopertoriis, & duo coopercula habet, scilicet unum quo copella coopерitur, & in ipsam ingreditur usque ad retinaculum. Et aliud est parvum operculum quod aliud coopерit. Primum verò operculum satis debet esse amplum, ut magnam partem materiae volatilis continere possit, quia in summitatem ejus spiritus ascendunt & sublimantur: & istud cooperculum in parte superiori debet esse perforatum ad modum infundibuli, & supra hoc operculum, aliud tamen sine foramine debet esse positum, ut aer in vas intrare non possit. Et hoc foramen fit ut humiditates heterogenae exhalentur, & in parvum cooperculum intrent: Verumtamen magnum cooperculum perforatum, copellam

68 *Magisterii Philosophorum*

lam claudere debet, & lutari lutô charta-  
 ceo tantùm, ut sit facilioris aperturæ.  
 Sublima igitur hanc materiam leni igne,  
 donec videris magnum operculum mate-  
 ria volatili oneratum: tamen non fit ita  
 oneratum, ut materia per abundantiam  
 ejus descendere non possit, alioquin ope-  
 ratio deperderetur: & cum videris onera-  
 tum, permitte ipsum infrigidari, postea  
 vas aperire debes, & disjungere opercu-  
 lum oneratum, & statim aliquo alio oper-  
 culo copellam claudere, ut spiritus qui ibi  
 sunt exhalari non possint. Tunc quod  
 sublimatum est penniis anserum collige,  
 & serva in phiala bene obturata: Deinde  
 recipe materiam coagulata in copella  
 remanentem, & tere eam donec totam in  
 mercurium vertatur, & ut hoc facilius  
 fieri possit, imbibere eam paulisper mercu-  
 rio sublimato, & postea eam decoque, ut  
 prius, igne sublimationis, ut quod ele-  
 vare poterit in cooperculum ascendat: &  
 continua istam sublimationem igne leni  
 donec nihil ascendere possit; postea vas  
 aperire debes & sublimationem colligere,  
 & terram in fundo remanentem terere,  
 & imbibere, ut totum fiat mercurius, &  
 per

per filtrum lineum totum transeat, & nihil in filtro lineo remaneat.

*De Corruptione & Putrefactione  
rerum solutarum.*

**N**isi granum tritici cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet; si verò mortuum fuerit, multum fructum affert: A simili, in lapide philosophico, nisi aurum vel argentum in mercurium conversum, mortuum fuerit, ipsum solum manet: Si verò mortuum fuerit, multum fructum affert. Philosophi hanc auctoritatem inducentes, dixerunt quoddam qui scit mortificare, & post mortem vivificare, dominus est hujus artis, & aliis verbis hoc iterum replicant dicendo, qui scit de manifesto occultum facere, & de occulto manifestum, opus suum continet, & se omnia dicat scire: hæc igitur omnia facimus per mortificationem, & rerum solutarum putrefactionem, quoniam putrefactio est omnium rerum mater, & generationis causa, & animationis ac separationis materialium heterogenearum, etiam causa est unibilitatis rerum originalium,

70 *Philosophorum Magisterii*  
originalium, & nativitalis Elixiris.

Nihil igitur considerare debemus nisi putrefactionum causas: videmus enim ex putrefactione vermes generari per ebullitionem ac putrefactionem à calore in humidum illato in quo constat natura vermis: sic ex præjacenti materia metalli videmus Elixir generari per putrefactionem, & verò omnia quæ ad perfectionem nostri magisterii pertinent, proveniunt à putrefactione, & ex rebus putrefactis nascuntur, & omnis fortitudo procedit: Nam ex forti mixtione auri vel argenti, vel similium, res sunt fragiles, & ex fragilibus fortes.

Causa igitur divisionis Elementorum est putrefactio movens & uniens elementa cruda cum Elementis coctis, alterative & non dissipative, & ad invicem miscentur; tunc complexio metalli corrumpitur & mutatur, & elementa incipiunt moveri à se invicem & moventur. Et cum tunc non fortis sit ligatura mixtionis eorum propter contrarietatem, tunc unumquodque elementorum evadit & ab altero separatur. Est etiam putrefactio causa mixtionis perfecta, quoniam per ipsam ligantur

tur elementa, ita ut non possint ulterius ab invicem separari: Licet enim prius corrumperet & dividat: tamen talis divisio non est nisi de rebus corruptibilibus & corrumpentibus quæ sunt in materia, cum non sint nec esse possint de proportionibus Elementorum complexionabilium, quæ quidem tamen Elementa putrefactione dissoluta, natura omnibus suis viribus nititur conjungere in unum, & invicem ligare inseparabiliter. Sed quia ipsa Elementa sunt fœda & impura ac non proportionata; fœditas & impuritas impediunt contactum rerum putrefactarum per unionem conjungendarum: Ideo nec ipsa putrefactio, ipsa elementa inseparabiliter colligare potest, nisi post eorum perfectam inundationem ab omni re corrumpente: hac de causa separantur elementa postquam sunt putrefacta, ut magis subtilientur & ab omnibus sordibus depurentur, ut per putrefactionem postea in Elixir conjungantur: ex quibus elicias secretum, quod totum Magisterium non est nisi putrefactio & mortificatio, ut res ad incorruptibilitatem & immortalitatem, perpetuitatem & vitam indelebilem perveniant in æternum.

*De*

*De essentiali putrefactione & mortificatione lapidis.*

**I**nitium putrefactionis est humiditas, finis verò ipsius est siccitas & incineratio & per consequens humiditatis vivæ mortificatio.

Oportet igitur humiditates radicales, quæ vivificatæ sunt, putrefacere & corrumpere per eatum ad invicem mortificationem, secundum quod qualitates Elementi mortificantis vincunt qualitates Elementi vivificantis, quod magnum secretum est.

Mortificantia verò Elementa sunt terra & aqua cum differentia speciali secundum quod sunt duæ mortificationes, quarum una fit quando aqua animata, in qua est aër, convertitur in substantiam terream mortuam, sive pulverem mortuum, propter qualitates terræ prædominantes, & suam substantiam ingredientem, & quia hoc est actio terræ, ideo aqua sic animata convertitur in similitudinem terræ, quia terra sibi assimilatur aquam, quamvis color debeat necessario variari, ex parte variationis

variationis atque fœditatis, idcirco si aqua esset pura & de natura alba, mortificaretur in pulverem album, sicut terra sua est si alba sit; si etiam aqua esset pura & de natura rubea, mortificaretur in veram rubedinem: quod etiam magnum secretum est.

Alia mortificatio est quando terra in qua est ignis vivens & movens qui est ignis occultus, convertitur cum aqua in substantiam lapidis coagulati, propter qualitates aquæ tunc prædominantes & ingredientiæ ac ejus substantiam circumdantes: & quia tunc aqua istam operationem facit: ideo terra sic elementata vertitur in similitudinem aquæ terreæ, scilicet in coagulum in se habens speciem metallicam ex parte speciei aquæ: eo quod aqua mixtione proportionabili, magis egit instrumentaliter contra terram, quàm terra contra aquam, & ideo terra magis recepit de specie aquæ vivæ, quàm aqua de specie terreæ mortiferæ.

Scias enim quòd sub proportionem hujusmodi mortificationis in natura multa secreta latent, & per illam principia hujus artis cognoscuntur, scilicet materiæ

D . . . . . dezer



determinatæ , ac propinquæ , quæ ex intentione naturæ consistit. In illa enim materia ars digerit , sublimat & depurat. Hoc bene considerato , multæ causæ occultæ quæ ulterius inquiruntur , ex rebus naturalibus fiunt manifestæ , & intellectus penetrat usque ad ultimam articulationem operationis naturæ in illis , ita ut ex secretis naturæ in generatione & transformatione metallorum , nihil restet quin totum cognoscatur. Et hæc considerationes necessariae sunt artifici naturali.

*Nunc ad Operationem accedamus.*

**D**ictum est superius , putrefactionis initium esse humiditatem non naturalem , quæ corrumpit naturalem humiditatem metalli , per alienam caliditatem.

Recipe igitur totam dissolutionem superius elaboratam , & eam pone in vase sublimationis vitreo bene clauso cum suo cooperculo , & inter cineres colloca , & primo aquam separa igne leni , semper colligendo ipsam quæ superius elevabitur , & seorsim servando in phiala bene sigillata,

lata , & sic continuabis operationem quousque major pars humiditatis radicalis complexionabilis in fundo coagulata fuerit ad modum lapidis quandoque albi , & quandoque rubei , & quandoque diversorum colorum. Tunc recipe vas à furno & ipsum infrigidatum aperi , & quod superius elevatum est , collige penna asseris sicut supra dictam est , & serva in phiala cum alia aqua jam elevata. Tunc recipe materiam in fundo vasis remanentem & eam frange supra porphyrico , & quodam modo tere ut in minutissima fragmenta reducatur : nec tamen fiat pulvis , & sic ponatur in vase vitreo , & sit cooperculo suo bene clausum, sicut prius : deinde ignem continuare debes lenem, ut magis materia desiccetur, & aqua elevetur, quam colligere debes , & cum alia servare : postea quod in fundo vasis remansit coagulatum & induratum tere donec in pulverem convertatur subtilissimum. Deinde repone hunc pulverem in vase, & clande sicut prius , & inter cineres calidos magis desiccare facias , tamen igne materiæ proportionato : quia cum magis desiccare volueris , parumper ignem au-

76 *Philosophorum Magisterii*

gere debes , ut aliquid de aqua elevari possit , & continua hunc ignem per diem naturalem ; & si nihil ascendere videas , parumper ignem auge donec aliquid elevetur , & sic continuare debes per diem naturalem , & quod elevatum fuerit collige sicut dictum est , deinde pulveres terre , & in vase dicto eos pone , ut desiccentur , & materia humida elevetur , continua igitur hanc operationem donec nihil amplius elevari possit , postea auge iterum ignem , & collige quod elevabitur , & sic continua donec nihil percipere possis esse in cooperculo elevatum , ita ut nihil de spiritu cum pulveribus remaneat , & totus spiritus sive aqua sit à pulveribus separata. Tunc opus erit pulveres calcinare , quæ terra lapidis vocantur.

*De Calcinatione hujus terra primigræ  
dus lapidis , quæ corporis calcinatio  
dicitur.*

**J**Am diximus calcinationem nihil aliud esse quàm rei pulverisationem igne mediante , & hæc pulverisatio fit ex privatione

tiōne suæ humiditatis partes consoli-  
dantis; ista calcinatio igitur fortiori igne  
fieri debet donec copella ignescat, cave  
tamen ne materia fundatur per ignis ex-  
pressionem: sed tantum in minutissimum  
pulverem discontinuatum corpus rema-  
neat ignitum, post separationem totius  
suæ humiditatis.

Recipe igitur pulveres & in vase cal-  
cinationis pone, & calcina igne forti per  
unum diem naturalem, & si quid supe-  
rius in cooperculo elevatum fuerit quod  
percipere possis, sine parumper vas infri-  
gidari, postea cooperculum auferre debes,  
& statim alio cooperculo vas coöperias  
& tandem collige spiritum elevatum, qui  
anima dicitur, & seorsim reconde, quia  
est res pretiosissima, & est anima auri vel  
argenti sive tinctura eorum, & sic conti-  
nua quousque nihil de anima elevari pos-  
sit, quæ ad modum nubis nigræ elevabi-  
tur; & hæc sublimatio, aut calcinatio  
continuari debet igne fortissimo, per  
diem naturalem; & calcem purissimam  
auri sive argenti habebis in pulverem  
impalpabilem conversam: hanc calcem  
diligenter servare debes, ut aër eam

78 *Philosophorum Magisterii*  
corrumpere non possit.

Cum igitur habueris prædictam calcem sic ignitam ac depuratam, aquam distilla igne leni, ut subtilior & clarior deveniat, sicut in posterum clarè tractabimus, idcirco, ut prolixus non sim, hoc tibi sufficere debet : Nunc per necessarium est tractare de mortificatione specierum, quæ valde est momentosa.

*De mortificatione specierum primi  
gradus lapidis.*

**R**ecipe igitur calcem naturæ benedictam superius confectam & imbibitam de aqua sua distillata, paulatim, scilicet ad modum rotis, & cave ne multum infundas, sed modicum post modicum, terendo super porphyrico, ut melius à qualitatibus terræ aqua convineatur, & in terram convertatur per calidum & siccum. Scias enim quod tota intentio Philosophorum fuit considerare semper mensuram ad pondus naturæ convertentis, in ista imbibitione : Natura enim convertens est ignis existens in calce, qui est calidus & siccus : Hunc autem ignem oportet

ret nutrire modica aqua in principio, quoniam in ista aqua nutrimentum ejus existit : Hoc autem nutrimentum est de naturâ aëris existentis in aquâ ; natura aëris verò est humiditas subtilis & unctuosa ac incombustibilis, & ista unctuositas est prima & essentialis materia sulphuris & cibi ignis : ergo ignis eam comedit, & ex illa nutritur & multiplicatur : hac ratione Philosophi dicunt quòd draco, scilicet ignis caudam suam comedit.

Sed oportet istam aquam bene exuberare & suam unctuositatem augmentare à calore sui corporis, impinguendo & incerando, & sic utrumque nutrit alterum, & ab altero nutritur. Intellige ergo fundamentum omnium scientiarum, & secretorum rerum naturalium quæ in esse naturali producuntur : quoniam sicut terra nutritur ab aqua, ita aqua alitur, vel nutritur à terrâ, & quantò magis utrumque nutritur à suo compari, tantò plus utrumque nutritur ab altero, & cibo semper melioratur, quousque totum in Domino perficiatur.

Hæc autem fuit causa Aristotelem dixisse, quòd ex illis ex quibus sumus, ex

## 80 *Philosophorum Magisterii*

illis generamur & nutrimur, eò quod operatio hujus naturæ magis est ostensiva vel demonstrativa omnium aliorum secretorum naturalium, quàm aliqua alia operatio naturalis, vel non naturalis : Et ideo per illam, inspiratio divina, Philosophi & sancti Patres magis pervenerunt ad cognitionem rerum naturalium, & omnium occultorum. Proinde dixerunt lapidem esse in omnibus naturis, & ex omnibus tam cœlestibus quàm elementalibus, propter similitudinem quam habebat ad ipsam vel quamlibet ipsarum, sive in actione vel operatione, sive essentiâ, vel claritate, vel obscuritate, &c.

Quæ omnia sunt in hoc Angelico lapide : non ergo immeritò recordatus fuit *Hermes* dicere : Omnes sapientiæ quæ in mundo sunt sapientiæ, subditæ sunt huic. Nota quoniam præstat divitias inexterminalibiles, & sine scrupulo conscientiæ possidere, quàm alias quæ conscientiam offendunt. Ideo per illam & ex illa antiqui Patres & Prophetæ sustentati fuerunt in refectioe corporis & animæ sanitate, & longanimitate ac felicitate, ita ut in ultimis dierum suorum, ad supernam

nam divinæ Majestatis gloriam pervenerint.

Hoc igitur nutrimentum fit dando terræ animatæ de aqua sua animata, secundum facultatem ipsius virtutis, scilicet caloris convertentis & digerentis, nam citius convertitur parum & divisum, quàm multum & indivisum, sicut patet in omni virtute aliquid convertenti, & præcipuè in calefcentibus hoc patere potest, & aliis qui hanc regulam tenent, atqui cibaria sumenda sapienter mensurant ad proportionem caloris naturalis digerentis, ut diutius incolumitate corporis existere possint, quod non ebriosis hominibus convenit, nec gulosis qui vorant, & sine masticatione fercula transglutiant, ex quibus postea citò terminantur. Omnis igitur virtus citius convertit parum & divisum quàm multum & indivisum. Nunc, ô fili sapientiæ, strictè observare & accurate debes, ut imbibitiones tuæ sint secundum mensuram rectam, ad proportionem ipsius caloris convertentis, ita ut aqua semper efficiatur pulvis de natura terræ; & tunc in educatione rerum errare non poteris: propria enim



## 82 *Philosophorum Magisterii*

mensura rerum intrinsecarum, est ipsa natura. Non enim liberalitas consistit in multitudine aquarum, sed in habitu virtutis facultate convertentis: igitur proportio aquarum, scilicet aqua & aëris sumi debet secundum proportionem ad facultatem vel posse ipsius virtutis mineralis convertentis. Considera, tantum quantum natura potest, non quantum cupiditas expectat: sicut enim natura non vult abundari in superfluis, ita nec deficit in necessariis: idcirco dicitur nec multum nec parum, sed mediocri pondere naturalium debes aqua glorificata, quam Deus largiri tibi dignatus est ut non ultra modum infundas, ne prodigalitatis vitium incurras, nec citra illam refeces, sed medium semper in omnibus teneas, videlicet quod non infundas multitudinem aquarum, nisi secundum ministerium ac potestatem virtutis convertentis: & sic ipsa virtus multiplicabitur, tam in qualitate quam in substantia, in utroque Elemento, scilicet in terra & in aqua: sed terra in fine consumetur per diminutionem: aqua tamen ipsam recuperabit in omni fortitudine naturali.

Aliunde

Abundè ut majorem intelligentiam prædictorum habeas, est sciendum quod omnis sapiens naturalis, in sublimando materiam naturæ, scilicet lapidem benedictum, semper fugere debet superabundantiam & defectum, & querere quod est medium secundum rem : & sic ars ordinata disponit naturam ad perficiendum opus suum ex hoc, videlicet quod secundum intentionem respicit ad medium, & secundum dispositionis executionem opera sua producit ad medium, scilicet ad Elixir completum, cujus signum est, quod Philosophi dicunt quando artifex bene se habet in opere, quod nihil est addendum neque diminuendum : & hoc dixerunt ut discipuli hujus artis intelligant, quod per abundantiam & defectum corrumpunt bonitatem operis, quæ in medietate salvatur, & in medietate istâ virtus invenitur ; Unde dicitur in medio virtus : & boni artifices semper ad medium respiciunt.

Sed quia natura quæ certior est & melior omni arte, hujus medii disceptatrix esse debet : quia talis virtus in se considerata est quædam medietas, & hæc me-

#### 84. *Philosophorum Magisterii*

dietas in natura invenitur : & hac ratione  
illa ad medium respicit , & medium ope-  
ratur. Cum igitur natura , cum qua  
ars operatur , proportionata proporti-  
one formæ , quam desideramus , ducat  
ad proportionem suam , materiam ejus.  
Ideo Philosophi dicunt quod artifex  
bene se habet , si cum natura & per na-  
turam operatur : nam ipsa in omnibus  
operationibus ejus observat quantitates  
& proportiones in mensuris elemento-  
rum determinatas ad generationem lapi-  
dis Philosophorum & auri , quæ quanti-  
tates & proportiones mixtionis sunt no-  
tæ soli naturæ : & ipsam præparando  
suam materiam , & expoliendo eam à sul-  
phure corrumpenti , formas abscondit ,  
naturas salvat , proportiones custodit : &  
colores alterat à principio usque ad  
finem.

Præterea in nutriendo & generando  
elementa lapidis , imbibere terram sicut  
superius dixi cum modica aqua , & insimul  
misceantur , id est quod aqua terræ misce-  
debet , & similiter terra aquæ , & semper  
sint sub formâ pulveris : Imbibatur ad-  
huc roraticè , infundendo super terram de  
aqua

aqua sua dicta , ita ut sit pulvis ; & cum imbibita fuerit terra & tota materia in pulverem reducta , iterum imbibe modicum post modicum ut supra . Pondus autem hujus imbibitionis determinatè dari non potest , quia aliquando virtus naturæ fortior est , & aliquando debilior : sed Philosophi recurrunt ad fortitudinem naturæ , dicentes , nec multum quia sic natura non digerere posset , nec parum quia sic incenderetur materia , & generaretur rubedo ante nigredinem , quod signum est adustionis . Nam oportet primò nigredinem generare , & in illa per aliquod tempus existere , antequam alii colores succedant , ex ignis vel caloris innovatione . Omnes tamen colores quæ post nigredinem apparebunt , collaudandi sunt . Verumtamen non subito generatur nigredo , sed successivè & paulatim , & de decoctione in decoctione augebitur : & sic quousque pervenerit ad suum terminum , in quo alius color succedit . Nigredo igitur demonstrat mensuram imbibitionis , quoniam tunc calor sufficientem materiam habet in quam agit , & ideo calor agens in ipsam , nigredinem generat .

Cum

## 86 Philosophorum Magisterii

Cum igitur terra imbibita fuerit ut supra, pone totum pulverem tuum in vase vitreo Philosophico, quod jam superius demonstravimus, & coque 8. diebus naturalibus in balneo tepido ut pulvis efficiatur: & sit calor similis calori naturalium animalium.

### *De secunda dispositione putrefactionis primi gradus lapidis.*

**S**uccessive verò perfectâ decoctione sumatur pulvis, & imbibatur sicut prius diximus, bene miscendo aquam terræ cum forti contritione quousque aqua mortificetur & in pulverem redigatur. Deinde iterum imbe imbibitione rorida sicut dictum est, & contere fortiter quousque mortificetur, & in pulverem minutissimum convertatur: Caveas semper ne virtus activa sive generativa suffocetur in aliquo per alienum ignem, scilicet per calorem intrinsecum nimis fortem, nec etiam subjugetur per multam aquæ imbibitionem, quia semina omnium naturæ constantium non multiplicantur, si vis generativa per aliquam qualitatem extraneam

neam tollatur, sic nec ista natura multiplicabitur, si per modum indebitum preparatur.

*Qualis sit igitur hæc virtus generativa, alterans, transmutans, & multiplicans.*

**R** Everà hæc virtus est ignis existens in materia, producens à calce in humidum, & est calidum humidum terminatum ad speciem auri vel argenti, propter quod cum resolveretur à calce spicans in humidum aquæ mercurialis, tanquam fumus venenosus occidit mercurium & interficat ipsum, & terminat eum reducendo in pulverem motuum terrestrem in quo retineretur. Et isto modo multiplicat seipsum in materiâ propriâ argenti vivi: sed quia nondum potest inducere formam suam in ipsa materia propter superfluitates multas quas possidet, ideo oportet primò ut per digestionem & decoctionem naturalem separet illas, vel dividat ab homogeneitate suæ humiditatis mercuriosæ, quemadmodum officio suo proprio

# 88 *Philosophorum Magisteri*

proprio naturali est seipsum sequestrare  
& ab omnibus superfluitatibus separare  
naturaliter : quia non deficit in rebus ne-  
cessariis ; & sic sequestrando terrestre su-  
perfluum, & quod inconueniens est aquo-  
sum in argento vivo , & digestibiliter &  
insensibiliter separans, se ipsum commis-  
cet cum substantiâ mercuriali humidâ, sci-  
licet cum humido radicali ipsius argenti  
vivi terreo subtili admixto de sui propor-  
tione & compositione naturaliter exi-  
stens. Nec ipsum humidum cum sit sibi  
proprium consumit ; vel desiccatur, sed effi-  
citur in causa propria & non in aliena , &  
ideo cum tali humiditate permixtum &  
solutum, in decoctione fit sibi omnino na-  
turale factum : ita ut postea illud calidum  
siccum currat & fluat cum suo humido  
cum quo dissolutum est & factum unum,  
& efficiatur calidum humidum naturale  
digerens , decoquens & permiscens res  
naturales quæ intrant in compositione la-  
pidis , scilicet calces fermentorum & sul-  
phura & similia , ac perducens ea ad for-  
mam lapidis Philosophorum & auri. Et  
quia talia opera procedunt à formâ mix-  
tionis, nempe mortificationis specierum

&

De putrefactionis, constat quod talis mortificatio quæ fit per divisionem atomorum discontinuanda materia in pulverem non est separatio humidi radicalis à superterrestri, sed est occultatio manifesti humidi intra siccum, & manifestatio reificcæ occultæ infra humidum, & exinde maxima contemperantia humorum sicci & humidi, ita ut talis divisio non sit incineratio, scilicet separatio humidi à terrestreitate naturali, sed sit permixtio quæ est miscibilium alteratorum unio, ita ut minimum terrei subtilissimi à calce in fumum resoluti, fiat unum cum minimo aqueo mercuriali, & è converso. Et plurimum unius atomorum, cum plurimo atomorum alterius, sicut neutrum sui generis particularis, scilicet atomi unius, ab atomis alterius separantur. Pars igitur terrea quæ in fumum tenuissimum resolvitur à calce fixa, conjungitur cum alia terra non fixa quæ est pars substantialis argenti-vivi, at taliter per minima invicem uniuntur, ita ut nunquam postea inveniatur pars terrea separata ab alia terrea, vel aquea, separata ab alia aquea: Sed sic est quod plurimum & minimum unius atomorum



atomorum subtilissimarum cum plurimis  
& minimo alterius, taliter se habent, quod  
nequaquam ut jam dixi alterata separan-  
tur à suis homogeneis. Illud tamen quod  
superfluum est & nocivum, à calore natu-  
rali nostri sulphuris per digestionem sepa-  
ratur.

Calidum ergo agens in suo humiden-  
sibi connaturali, & proprio in radicali-  
tate naturæ, est commiscens, coagulans,  
inspissans & complexionans, & non inci-  
nerans, neque destruens, nec dissipans  
humiditates naturales, sed potius conser-  
vans, depurans & multiplicans eas. Er-  
notandum est quod istud calidum habet  
in se tria, videlicet, rectitudinem, & vir-  
tutem formalem ex intellectu movente,  
& efficaciam ex virtute luminis & calidi,  
quod causatur ex lumine stellarum &  
orbis. Habet etiam virtutem segregandi  
homogenea ab heterogeneis, vel sepa-  
randi purum ab impuro quod idem est. Ha-  
hæc tria sunt in sulphure nostro necessa-  
ria, cum quo ars operatur, ubi ma-  
teria argenti vivi ad formam specificatam  
lapidis Philosophorum & auri deducitur.  
Oportet igitur ut inconyentia ibi  
con-

consumantur calido ignis nostri digerentia: cum digestio sit complexio à naturali calore ex contrajacentibus passionibus: his autem remotis vel separatis à materia argenti vivi, oportet postea ut argentum vivum terminetur & compleatur ad speciem lapidis Philosophorum & auri: & tamen nullo modo potest illud argentum vivum sic præparatum habere virtutem terminandi se ipsum ad speciem quæsitam nisi per virtutem ejus quod est terminus: & iste terminus est forma substantialis auri, vel humidum mercuriale digestum & terminatum ad speciem auri, & dicitur terminatum quasi prudenter terminum decoctionis attingens, per quod patet, quòd argentum vivum aliquòd terminari non potest, nec formam medicinz suscipere, nisi per virtutem argenti vivi prius depurati & in aurum terminati, & ad formam auri deducti: & hoc est fermentum præparatum in quo est calidum acutum, penetrans & terminans, & humidum terminatum. Hâc de causâ, oportet ipsum figere cum corpore suo, cum quo fuit ab initio præparatum, quoniam ipsum est præparans, & perficiens ipsum.

## 92 *Philosophorum Magisteri*

ipsum, & terminans eum ad formam medicinæ. Ista igitur forma perficiens, quæ per artem inducitur in materia in argenti vivi, non est forma primi efficientis, quidat formas in tota specie naturali, sed est forma jam prius per naturam formata in suis mineris in formam substantialem auri purissimi, cum ipsa forma sit ipsum aurum, & ipsum aurum sit ipsa forma. Est tamen hoc calidum in arte nostra, sicut instrumentum quoddam naturale acutum, & temperatum, directum & motum à virtute informativa quæ est in ipso influxa à cælo ac stellis, & movens ac terminans materiam argenti vivi, eo motu quomovetur à virtute informativa artis, ad formam lapidis Philosophorum & auri, nullo modo se devians ab operatione rectâ. Et ideo est sicut virtus masculina in compositione lapidis Philosophorum & auri, à temperamento suo in nullo recedens. Ideo, quod cum ipsum generatur argentum vivum Philosophorum purum, & sulphur purum, & Elixir & lapis Philosophorum & medicina: quia calidum est illud quod digerit & convertit terreum & aqueum,

am, & ea permiscet ad formam lapidis.

Ipsū ergo est causa transmutans materiam in lapidem, diversum colorem habentem, quod ex diversitate præparationis materiæ contingit. Est autem eadem causa generativa, & efficiens illa quæ est transmutans materiam. Calidum ergo supra inductum, & specificatum in sulphur aureum, causa erit generationis lapidis Philosophorum & auri. Amplius in his quæ formam & speciem vitæ accipiunt, non est terminans materiam ad formam, nisi calidum jam terminatum ad formam vitæ eorum: sic ergo erit in lapide Philosophorum, id est quod inspissat fluidum & constare facit & terminare ad formam, est calidum digerens: Constat autem quod cum prima causa materialis lapidis Philosophorum & auri, sit aqua terreum habens admixtum, ergo erit quod constat & inspissatur ad mixtionem lapidis, & hoc per calidum digerens, inspissans & coagulans.

Oportet igitur calidum esse causam generationis lapidis Philosophorum auri, & causam commixtionis ad formam lapidis: idcirco cum ars tanquam mendicata  
suffragia,

94 *Philosophorum Magisterii*

suffragia, ingenii & ignis non possit argentum vivum mortificare, nisi per consimilem naturam suam prius naturam mortificatam & preparatam, ac in aurum resminatam, & post artificium in calcem vivam deductam: ideo ad talem calcem cum sit terra sulphurea, & totius artis fundamentum recurrere te expedit, cum imbibendo imbibitionibus toridis, de aqua fertili scilicet animata, cum contritione longa, sicut superius dictum est, & tunc postea ponatur ad decoquendum sicut supra per octo dies, in balneo tepido: & postea temperamenta materiam in igne secco, per spatium 4. horarum, ut quodammodo virtus acuta confortetur, & humiditas superflua, calore diminuat, & ut postea subtilius penetret argentum vivum, & illud digerat & mortificet.

*De tertia dispositione mortificationis  
& putrefactionis primi gradus  
lapidis.*

**A**stato verò pulvere supradicto: Recipe eum & imbebe eum contritione

Et sic sicut supra fecisti super porphyricos  
& per omnia facias imbibendo, conte-  
rendo, & decoquendo per suos dies, &  
per 4. horas assando vel desiccando, &  
reiterando quousque pulvis post nigredi-  
nem in colorem citrinum pervenerit: &  
sicut videbis pulverem augmentare &  
crescere tam in virtute quàm in quanti-  
tate, etiam imbibitiones tuas augere de-  
bes, dando ei vel administrando majorem  
quantitatem aquæ, & sic semper continua  
imbibitiones & contritiones tuas, & simi-  
liter decoctiones, paulatim & paula-  
tim augendo ignem usque ad citrinita-  
tem: sicut enim, virtutibus cœlestibus,  
virtutes existentes in materia metallorum  
in mineralibus moventur, quæ sunt ope-  
rationes intelligentiarum: ita oportet  
ut anima artificis mensuret ignem quo  
moveantur virtutes elementales & cœle-  
stes quæ sunt in materia Philosophica, &  
confortantur cum naturis & virtutibus  
fermentorum, ut ad proportionem fer-  
menti deducantur, & totum fiat Elixir  
post debitam præparationem materiæ,  
hoc tamen intelligere debet quia est ma-  
ximum secretum.

De

*De quarta dispositione mortificationis  
& putrefactionis lapidis Philosophorum  
primi gradus.*

**D**Einde sumatur pulvis croceus, & illum pone in vase vitreo ad assandum, longum collum habente, & sit vas in alio vase terreo collocatum inter cineres, ut ibi materia suscipiat calorem gy-ratum, ad modum cœlestis circuli, quia sic naturæ germina in matrum visceribus condiuntur, & fortiora & acutiora efficiuntur: ita ut liberiùs ac evidentiùs gignitivam naturam suscipiant in incrementum. Permitte ergo ut ipse pulvis in decoctione remaneat per 8. dies sicut jam dictum est, & non cures si color ad rubedinem tendit, quia sic sulphurea natura, quæ priùs latebat in mercurio, manifestatur ex ignis intensitate. In hoc enim gradu primo qui est de mundificatione mercurii per sublimationem, tales colores necessario debent apparere: Nam in isto gradu omnes colores qualescunque apparent post nigredinem sunt collaudandi:

**Secundi** : Idcirco dicunt Philosophi, quod pluries nigrescit, pluries citrinescit, & pluries rubescit ante veram albedinem, si opus est ad album. Sed in operibus secundi gradus quodammodo variantur, & maximè post completam elementorum solutionem, & sic in opere rubeo contingit.

Verumtamen hoc diligenter notare debes, quia est magnum secretum quod à nullis Philosophis nondum scriptum fuit : & quidem naturalis ordinis arcanum jam tibi detego, quod sapientiæ thesaurum clarificat, cæcum artificem viam aperiendo illuminat, rectitudinem viæ veritatis demonstrat, cunctasque vias erroneas destruit & condemnat. Elige ergo tibi naturæ ordinem, tibi postulanti precibus revelatum : quoniam ubi non est ordo, ibi nulla veritas, neque sapientiæ claritas, sed sempiternus error inhabitat.

*De quinta dispositione putrefactionis  
primi gradus lapidis.*

**P**ulverem igitur sic, ut permittitur, coctum & assatum, imbebe sicut

**E** prius,



98 *Philosophorum Magisterii*

prius, rorando ipsum de aquâ suâ plus  
quàm non consuevisti, conterendo fortiter,  
donec tota aqua mortificetur: imbibere  
ergo ipsum majori imbibitione, ut siccum  
contemperetur ab humido, & humidum  
mortificetur à sicco.

Contere ergo fortiter unum cum alio  
ut totum fiat pulvis sub colore bruno, vel  
nigro, in ista enim dispositione imbibitionis,  
terra epotabitur majori quantitate  
aquæ quàm non consuevit, & adhuc deinceps  
majorem epotabit, quia jam sulphur  
est accensum, & Draco sitiens, est anhelans  
semper caudam suam rodere: scilicet  
aquam convertere in id ipsum. Cùm igitur  
fuerit à carnificibus forti contritione  
laceratus, & imbibitionibus commensurabiliter  
saturatus, & absque saturitate refectus,  
ponatur in ymine, hoc est in  
vasculo superius jam demonstrato, ut decoquatur  
in calore humido per 8. dies, & post desiccando assa  
per diem naturalem in eodem vasculo, sicut suprà fecisti.

De

*De sexta dispositione mortificationis &  
putrefactionis lapidis primi  
gradus.*

**S**exta dispositio hujus mortificationis, ac putrefactionis primi gradus lapidis Philosophorum fit eodem modo sicut dictum est in præcedenti dispositione. Recipe igitur materiam supradictam decoctam, & continua imbibitiones, nutritiones & contritiones, postea decoctiones & deficcationes, in vase supradicto, quoque tota aqua mortificetur, & in pulverem mortuum redigatur, & si pulvis prædictus esset in tam magna quantitate, & ita non posset in uno vase contineri, pone materiam in duobus aut pluribus vasis, ut ibi decoquatur materia, sicut prius diximus in capite præcedenti.

Et cum ad istum terminum perduxeris aquam, videlicet quod ex toto reducta sit in pulverem mortuum: pone totum istum pulverem in vase dicto distillationis, sicut in fine hujus libri demonstrabitur.

Et super ignem lentissimum totum subtilius

100 *Philosophorum Magisterii*

tilius minus passum quod evaporari poterit ex argento vivo mortificato, evapora quousque nihil ex illo evaporari possit, & quod nihil de illo amplius ascendat, & quod ascenderit seorsim servare debes in aliqua phiala bene obturata: hoc tamen argentum vivum quod ascendit à pulvere, mortificabis cum aliqua parte pulveris mortui, quousque totum in pulverem redigatur mortuum: residuum tamen pulveris semper fit in decoctione sua: post in ymine ponatur ad decoquendum sicut dictum est supra per 8. dies, & in consili vasc distillationis ponatur materia ad desiccandum & evaporandum sicut fecisti de alio pulvere.

Iterum reduc illud quod ascendit super pulverem mortificatum, cum contritione forti supra porphyrico, & iterum ad desiccandum repone, & sic continua hanc mortificationem, donec tota aqua fuerit ad plenum mortificata, & nihil ex illa evaporari possit.

*De*

*De septima dispositione mortificationis  
& putrefactionis lapidis primi  
gradus.*

**S**ume totum pulverem supradictum,  
& pone in vase vitreo, scilicet in ma-  
tatio, & ponatur, aut collocetur in alio  
vase terreo forti, sicut superius dixi in  
quarta dispositione, ut recipiat in se ca-  
lorem circularem, quæ reflectit & re-  
percutit vapores & humores ad interiora,  
& decoquatur inter cineres, ita tamen ut  
vas vitreum sit in fundo cinerum, & vas  
cooperire debes operculo vitreo longo  
quod cooperiat collum phialæ quæ mate-  
riam continet, & sic remaneat 8. diebus,  
sed oportet agitare pulverem inter manus  
bis in die, ducendo vas cum aliquibus  
pannis calidis, hæc autem agitatio fiat  
duobus primis diebus duntaxat, & non  
plus, & sic continetur decoctio, tempore  
dicto.

Hinc sume phialam supradictam cum  
tota ejus materia sicut est in dicta phiala :  
& ut vehementius patiatur à calido sicco

**E** 3 acuatur

302 *Philosophorum Magisterii*

acuatur & fortificetur, acumine ignis, ipsam ponendo in decoctione fortiori, quam Philosophi *infernalem* vocaverunt. Quantò verò acrioribus decoctionibus atque calcinationibus spiritus usantur, tantò vehementiùs comburunt, desiccant & inhumant: & hoc est magnum secretum. Continua igitur prædictam decoctionem in materia Philosophica, ut fiat fortis & acuta & de natura ignis, per 12 dies, quousque fiat rubeus lapis: sic enim potentia magna patitur argentum vivum à sicco terrestri ex natura & operatione calcis, & fit humor passus vehementer à sicco, & cum in eo sit virtus constans, coagulatur in lapidem, sed oportet prius ut à sicco terreo sit fortissimè passum, ita ut virtus sicci jam quasi obtineat omnes partes ejus humidi, non quòd possit pati transmutare substantiam talis humidi in terram, sed solum alterare, & facere eam pati à qualitatibus suis introductis in sui substantiam.

Hæc autem alteratio vel passio humidi est recta via ad transmutationem elementorum. Quamobrem in omni transmutatione elementorum talis passio & alteratio.

ratio præcedit transmutationem substantiæ.

Verumtamen multi Philosophi dixerunt, oportere elementa transmutari, sed viam rectam non docuerunt, & de hac operatione nihil dixerunt. Hoc opus verò mortificationis argenti vivi cum sit perfectum & completum, est ovum nostrum in quo sunt omnia quibus indigemus ad nostrum Magisterium: in ipso quidem sunt quatuor elementa visibilia & invisibilia; in ipso quidem sunt corpus, spiritus & anima, & in ipso ovo quidem est propinquitas naturarum, propter quam citius invicem colligantur. Iste enim est lapis noster, de quo dicit *Menaldus*: Diximus enim lapidem mineralium Philosophorum, à quo lapide eorum argentum vivum per ignem extrahitur, qui in veram & perfectam convertitur medicinam. De isto argento vivo similiter dicit *Albertus*, quarto mineralium in cap. de Natura argenti vivi; sic inquires; & quoddam argentum vivum est extractum de lapide in quo generatum est, per adustionem sicut etiam extrahitur aurum & argentum de eodem lapide, &

104 *Philosophorum Magisterii*

propter acumen dicitur esse de genere venenorum : & hoc est venenum Philosophorum , & aqua acuta , & aqua fortis : hoc autem aurum vel argentum non est aurum vel argentum vulgi , sed Philosophorum & eorum Mercurius , five argentum vivum.

*Quare Philosophi vocaverint hunc lapidem ovum : consequentia notanda est.*

**C**Ausa verò , quare Philosophi vocant hunc lapidem ovum est ista, scilicet quia sicut ovum est res rotunda circularis , continens in se duas naturas in una substantia , nempe albumen & vitellum , & ex seipso extrahit rem aliam habentem animam , vitam & generationem , scilicet quòd inde pullos nascitur : Ita hic lapis continet in se duas res unius naturæ , scilicet corpus & spiritum , & extrahit ex se animam & vitam : scilicet quando totum ducitur ad spiritualitatem , inde fit generatio veri Elixiris : Unde dicit *Mirandus* : hoc ovum ex se vitam quam

quam habet, extrahit animam & generationem. Et *Plato* dicit, Philosophorum ovum fugientia insunt: quia omnia mixta & putrida in spiritus vertuntur. Cum ergo resuscitatur, vivum ovum est, & non mortuum. Et *Senior*; aqua nostra viva nunquam moritur, quamvis mori videatur, & ideo vivificat corpus suum in mortificatione suâ, & colores ejus occultos manifestat, & celat manifestos in præparatione.

Hæc verò operatio est, occultare manifestum, & manifestare occultum, formas sepeliendo, hæc de causâ mortificatio specierum, & putrefactio vocatur.

In hac verò operatione fit vivificatio corporis, & mortificatio spiritus, quia aqua nostra nullo modo potest in corpus converti, nisi corpus in aquam vertatur, sicut jam prædiximus, & sic fiunt similes, & natura sibi naturam assimilât: aqua enim mortificatur vivificando corpus, & corpus vivificatur mortificando aquam, & hac de causa dictum est quod putrefactio unius est alterius generatio, & mors unius est vita alterius, & sic virtus unius ab altero efficitur. Etiam notandum est,



quando aquæ ascendunt, & à corporibus suis in quibus detentæ sunt separantur, quòd etiam sit vivificatio aquarum mortuarum, & mortificatio corporum viventium, & omnia hæc notanda sunt.

Hic igitur lapis in se duas substantias unius naturæ continet: unam quidem volatilem, alteram verò fixam: quas & eorum quamlibet Philosophi vocant argentum vivum. Sed quia iste lapis in se quasdam terreitantes corrumpentes occultas habet, atque sulphureitates superfluas adurentes, quæ omnia procedunt ab argento vivo volatili non fixo, hac ratione *Hermes* illud vocat sicut sulphur, *Alberto* testante quarto mineralium capitulo de naturâ ejusdem: & similiter à *Gehere* vocatur sulphur, & alumen, & tinctura, in summa sua, cap. de natura sulphuris, Et etiam à pluribus aliis Philosophis sic vocatur: quia semper fugit ignem quamdiu in se continet illud sulphur. Ideo necessarium est ut in operatione ipsius lapidis, ipse lapis sit ab omnibus superfluitatibus & corrumpentibus perfecte mundatus, priusquam aliquid utilitatis de se habeatur. Dico iterum quòd iste lapis

lapis, in operatione sua, & cum operatione ipsius artis, subsidio mediante, ita perfecte debet segregari à prædictis sulphureitatibus adurentibus & corruptentibus, & quòd non remaneat in eo lapide, nisi sola pura munda & subtilis argenti vivi coagulata substantia, ab omni sulphurea naturâ separati. Et hoc innuit *Geber*, dicens; Diximus omne sulphur cujuscunque conditionis existat, perfectionis esse corruptivum: & argentum vivum purissimum perfectivum. Hoc autem argentum vivum à lapide extractum, non solum à sulphureitatibus, sed etiam ab omnibus terreisitatibus tam crassis quàm subtilibus, ex viscositate partibus aqueis forti mixtione adherentibus, debet esse depuratum.

Fit autem hæc depuratio, quando corpus vertitur in spiritum, & spiritus in corpus: quoniam in processu operis, hæc fit conversio, scilicet quando species morificansur per duritiem, imbibitionem, contritionem, & assationem cum bono regimine: quia per hanc operationem fit solutio corporis cum inspissatione vel instillatione spiritus: & rarefactio corpo-

ris cum condensatione spiritus. Et separatio impura & corruptibilis substantiæ fit cum unione vel conjunctione perficientis & uniformis substantiæ. Et hoc testatur *Digenas* in Turba, dicens: Vos autem investigatores hujus artis, nisi corpus dicuatis, imbibatis, & tetatis, ac parçè & diligenter regatis, quousque à suâ spissitudine animam extrahatis, & in tenuem spiritum impalpabilem vertatis, in vanum laboratis. His rationibus mortificationem specierum insinuat, & corruptionem & generationem: quia corruptio corporis est generatio argenti vivi nostri: Nam sua species salvatur in argento vivo immortali, quamvis mori videatur. Ex quibus patet mortificationem specierum esse causam purificationis argenti vivi cum alteratione naturali, & separationis omnium corruptibilium à sui substantiâ: Sed cum ab unâ solâ mortificatione talis separatio fieri non possit, ideo oportet eam reiterare, faciendo ejus operationem sicut dictum est, quousque nihil de superfluo remaneat in commixto.

Hujusmodi autem præparationem quam cum specierum mortificatione reiterata fit  
& per-

& perficitur, insinuante quasi omnes veri Philosophi reales. Et primò *Hermes* in tractatu suo de septem libris, dicit quòd corpora sunt dissolutione clariora reiteratione sepelitionis, id est mortificationis; & ab eis mors & nigredo fugiunt, & sapientia procedit, tunc dissolvitur compositum &c. Et se bene habuit in loquendo quando dixit sepelitionis, quia sepelitio est occultatio specierum, & rerum quæ prius erant occulta manifestatio: non quòd species sint mortuæ, sed tantum occultæ in rebus manifestatis sub pallio rei mortificatæ. Et quamvis species sint occultæ non sunt mortuæ sed sepultæ, omnis enim res sepulta in terra est occulta: quemadmodum semina quæ in terra sunt sepulta ac seminata, non sunt tamen mortua, quia adhuc vitam habent, ut per ipsam regenerari possint, & tandem fructus eorum manifestent: ita est de sepelitione materiæ Philosophorum: ideo *Hermes*, mortificationem vocat sepelitionem ratione prædictâ; Et *Archelaus* Philosophus dicit; frequens autem mortificatio & resurrectio in singulis elementis faciunt sempiternum conjugium, & vitam indele-

## 110 *Philosophorum Magisterii*

indelebilem : ita, ut glorioli & simplices  
resurgant ; istis rationibus unique mandat  
facere conjunctionem inseparabilem cor-  
poris & spiritus, scilicet per reiterationem  
mortificationis : ergo mortificatio & re-  
surrectio est totum opus nostrum : & quia  
reiteratio hujus operis fieri non potest ni-  
si per resurrectionem & subtractionem  
aquæ à terrâ, & infusionem aquæ super  
terram : ideo monstrans formam operis  
dicit *Morienus*, quòd hoc totum opus  
mortificationis & resurrectionis non est  
nisi extractio aquæ à terra, & aquæ super  
terram demissio, quousque terra putrescat  
& mundificetur, quæ cum mundificata  
fuerit, auxilio Dei totum magisterium  
dirigitur. Nam infusio aquæ super terram  
cum contritione, est per assationem mor-  
tificare : & extrahere aquam à terra, est  
per sublimationem revivificare : & sic spi-  
ritus fortibus ligaminibus convinuntur.  
Et verè non est nisi fortiter mortificare  
spiritus, & se invicem forti conjunctione  
conjungere & ligare : & sic secundum  
*Hermetem*, Philosophi dicunt, quòd spi-  
ritus fortibus vincunt nexibus, scilicet  
fortibus ligaturis. Liga ergo fortiter  
unum

nam cum alio ipsos mortificando. Et *Senior Philosophus* dicit, quod reductio aquæ super calcem est præparatio ejus: & quando tota aqua est reducta & mortificata: inde solvitur & revivificatur per ignem sublimationis, scilicet commensuratum ab anima artificis. Et dicit *Hermes*, quod quando post reductionem vel mortificationem, solvitur vel revivificatur per ignem, non solvitur nec revivificatur totum insimul, sed solvitur & revivificatur ex eo parum, & extrahitur qualibet die illud parum, & continuatur in eo patientia, & reductio in præparatione: movetur enim & alteratur color ejus post mortem suam à colore in colorem, & sic cum perseverantia reiterationis corpora alterantur & spiritus fixant, & eos amplexantur, desiccando, & solvendo modicum post modicum: nec debes reducere aquam super terram ad mortificandum, nisi cum terra bene fuerit desiccata ab omnibus suis humiditatibus, & fortiter calcinata, & tunc in tali calce à suis superfluitatibus per solutionem & ablu-  
tionem denudata, spiritus reducuntur, & iterum in tali calce mortificantur: quia in  
tali

## 112 *Philosophorum Magisterii*

calice calce maxima virtus jacet mineralis: in quam noster spiritus perfectissime transmutatur, & splendescit ex parte calcis puritate acquisita, & sicut dissolvitur aqua vel revivificabitur à suo composito, ita eam leni calore distillare debes, & postea mox reducere super calcem parem ut præparatio citius compleatur: Intellege igitur ingenium operationis, & lauda Deum qui tibi abbreviationem concedit: non est tamen nisi unus lapis nec permixtiones sunt nisi de eo, & non ex alio. Audiamus nunc *Arnaldum de Villa Nova*, sic inquentem, Scias quòd inhumatio facta inter distillationes, est opus rectificationis, unde inhumare nihil aliud est quàm res humorosas in terram sepelire, id est occultare, quia omnis res sepulta in terra est occulta sicut jam dictum est.

*De resurrectione mortuorum primi gradus quæ fit per sublimationem.*

**R** Ecipe vas in quo lapis superius est decoctus, & frangatur, post sumatur lapis, & ponatur ad sublimandum.

**Subli.**

Sublimabitur autem vivus ad modum nubis nigrae & spissae. Sublimatio igitur lapidis est extractio spiritualis partis extra corporalem, ac separatio ab eâ, tamen spiritus qui à corpore separari sunt, per sublimationem reiteratam mundificare debes: quia nisi materia per sublimationem philosophicam mundificaretur, suae crassities impedirent eum ne vera efficeretur medicina: sicut ait *Arnaldus* in Turba, dicens: spissum terreum non tingit, verum tenuis natura quae est in corpore transfiguratur & colorat, Ideoque Philosophi dixerunt, quod aes non tingit nisi prius tingatur, hoc quidem sublimationis opus fieri debere testatur *Geber*, pollens ingenio mirabili, in capitulo de medicinis tertii ordinis; dicens, Accipe lapidem notum, & per separationis modum jam dictum munderetur perfectissime lapis. Et *Alphidius* ad regem, sit ignis inter fortem & lentum, quousque recesserit spiritus à corpore, & ascenderit in altum sicut ascendunt nubes nigrae super terram, & corpus remanebit in fundo vasis sine spiritu suo. Et *Bellus* in libro Turbae, dicit: Nihil aliud est hujus artis

Scientia



#### It4 *Philosopharum Magisterii*

scientia quàm vapor aquæ mortificatæ & sublimatio. Est ergo hujus operis sublimatio, scilicet extractio hujus spiritus sive animæ, quoniam anima vocatur à quibusdam Philosophorum, sicut ait *Morriens*, dicens: Accipe ovum & igne percute gladio, ejusque animam à corpore sequestra. Hæc est enim cecitudo quâ corpus diruitur, conteritur, ac per ignem pulverisatur.

Et cum sublimabis lapidem non sublima totum insimul, sed per partes divisas & continetur ignis debitus usque ad perfectam sublimationem, & semper quod sublimatum fuerit, seorsim custodi. Et interdum sicut sublimatio recolligetur, statim materiam cooperias alio cooperculo, ut si quid remanserit de materiâ sublimandâ, ne deperdatur in fumum, sed potius superius sublimetur: etiamque fervare debes terras quas facies, seorsim in aliâ qua phiala bene clausa. Et sic age in omnibus desiccationibus, & calcinationibus.

De

*De secundâ calcinatione terre primæ  
gradus lapidis Philosophici.*

**P**ostremum verò omnes terras quas  
superius reservasti, recollige, & po-  
ne eas insimul in vase calcinationis quod  
tibi ostensum est, & calcina igne forti  
per diem naturalem, & si quid superius  
elevatum fuerit, semper seorsim reconde,  
& per omnia te rege in hac aliisque cal-  
cinationibus, quemadmodum jam fecisti  
in primâ calcinatione neque magis neque  
minus: & sicut sublimatio recolligetur,  
statim cooperias alio cooperculo, sicut  
suprà dictum est. Et scias quòd in qualibet  
calcinatione, si calx fuerit ad album  
tingetur vas vitreum in colorem citrinum,  
& quâlibet vice color multiplicabitur  
ita ut postea perveniat in colorem trans-  
parentem rubicundissimum: at si respe-  
xeris vitrum ab extra in superficie fundi  
tempore sue rubedinis, apparebit tibi in  
colore cœlestino, aut sicut azurium cum  
aliis quibusdam coloribus quasi lapideis  
non transparentibus: & sic judicare po-  
teris materiam habere substantiam subli-  
lem:

## 116 *Philosophorum Magisterii*

lem : & si contra claritatem cœli ipsum respicis , tibi apparebit rubeum transpa-rens. Causa verò hujusmodi tincturæ est sulphur existens in Luna quod resolvitur : tamen hoc sulphur non est perfectum, sed potius est causa corruptionis, & ideo qua-  
litativè penetrat per argentum vivum , sicut penetrat vitrum , & ipsum argentum vivum inficit & colorat , sicut patet in assationibus mortificativis : & tunc mani-  
festat quod in ventre suo existit : sed acu-  
riori lance & maximè à fortiori digerenti  
separabitur ab ipso. In calcinationibus  
verò solis nihil horum colorum videbis,  
quia nullam sulphureitatem in se habere  
demonstrat , neque in calcinatione terræ  
argenti per magisterium facti hoc appa-  
ret , nisi solum in argento minerali. Ex  
quibus signis natura nobis demonstrat  
quid bonum & quid melius , quid verò  
imperfectum & quid perfectissimum exi-  
sit ad omnimodam expoliationem argen-  
ti vivi à prædicto sulphure corruptenti.  
Sulphureitas verò argenti ad auri sulphu-  
reitas relata , non fixa & comburens  
est : sic etiam se habet sulphureitas auri ad  
sulphureitatem argenti , & similiter om-  
nium

nium aliorum corporum imperfectorum, ratione quod ipsa omnia defendit & ab adustione conservat, & hoc est causa perfectionis, hujus autem manifestissimum signum est calcinatio duorum corporum perfectorum, sive calcium patiter conjunctarum ad confectionem lapidis majoris Philosophorum: in quâ quidem calcinatione nulla citrinitas sive color rubeus, aut quasi nihil si in novo vase calcinetur, proculdubio apparebit.

Verumtamen his signis nobis demonstratur, hoc experimentum in naturâ, quod sulphureitas argenti separatur per aurum, & quod argentum per nostrum magisterium factum, præstantius est argento minerali, quia in argento minerali est sulphureitas corruptibilis, quæ facit illud esse porosum, raram & leve: in argento verò hujusmodi magisterii, nulla est sulphureitas corruptibilis, nec per consequens porositas nec raritas: sed compactio materiæ, & densitas & per consequens ponderositas quam propriè videmus esse in auro: & ideo hoc argentum aurum album vocatur. Præterea, quidquid magis radicatus separat & mundificat,

## 118 *Philosophorum Magisterii*

dificat, & ad æqualitatem perducit, ex omni genere metallorum aurum facit. Hoc enim opus est omnem superans naturam, eo quod totum opus naturæ convincit & superat: mundare igitur poteris intimè, ad quod natura non pervenerit: hoc totum notare debes, etiam secundum quod materia magis depuratur, minus de prædictis coloribus apparere dignoscitur. Istis rationibus facilè cognoscere poteris, in qua meta præparationis opus tuum consistere potest.

Studeas ergo cum in opere fueris, omnia signa quæ in qualibet decoctione scilicet reiteratione operis apparent: eaq; in mente tua reconde, & eorum causas philosophicè investiga.

### *De distillatione aquæ revivificatæ ac sublimatæ.*

**S**umat igitur aqua superius sublimata & in vase distillationis ponatur, & leni igne eam distilla, ut subtilior & clarior deveniat: nam ignis comedit quod in interioribus rerum existit impurum;

sum: ipse enim sordes aquarum comedit per distillationem, & eas subtiliat per æris elevationem. Comedit etiam crassitiam lapidis per calcinationem, & ejus sulphureitatis salsedinem devorat: Aqua enim distillata est subtilior, & magis penetrabilior, & mundior, quam unquam fuit, & per consequens magis subtiliat, mundificat, & dissolvit corpus: nam omne subtile dignius est crasso, quoniam magis in profundum penetrat, & omne rarum agit in omne densum, ut ad sui similitudinem ipsum convertat: & corpus calcinatum continens in se naturam ignis, ipsum subtiliantis & rarificantis subtilius penetret in profundum aquæ, & suo acumine ipsam fortificet & subtiliet: Et habilior fit ad dissolvendum & profundius penetrandum, & per consequens ad superfluitates ejus separandum, & ad unam naturam & homogeneitatem perveniendum, per operationem rari in densum, & densi in rarum: sicque fit quod contraria contrariis rectificantur & pacificantur, & ad unam homogeneitatem scilicet in naturam primam reducuntur. Ex quibus secretum elicias, quod ad magis

gis rectificandum & perficiendum naturas. Hæc operatio se habere debet secundum dispositionem Macrocosmi, sicut Aristoteles dicit in secretis secretorum, & operatio Macrocosmi se habet secundum divisionem rari & densi, quoniam rarefactio & condensatio est prima & originalis via in transmutationibus elementorum in gradibus. Unde gravia per rarefactionem, & levia per condensationem commutantur. Quantò enim magis distillamus, magis aquam subtiliamus & fit de naturâ magis penetrabili. Et quantò magis calcinamus, tantò magis terram alleviamus, & fit magis de naturâ resolubili. Et quantò magis aquam cum calce prædictâ conjungimus, & mortificamus, tantò magis eam acumine calcis fortificamus, & fit purioris naturæ, & subtilioris. Et quia levia non possunt inspissari nisi per gravia, nec gravia possunt subtiliari nisi per levia: ideo oportet ut inter subtiliationes fiant rerum inspissationes & incrassationes, & è converso. Incrassatio verò est rerum subtiliatarum firma conjunctio, itaque nunquam ab invicem separantur.

Ite

Iste autem est modus conjungendi corpora cum spiritibus, solus & unus Fili, perquire experimentum cum meditatione: tamen experimentum præstantius est sine meditatione, quàm meditatio sine experimento. Verumtamen experimentum fallax est cujus notitia non præcessit: quia vera sapientia est res per causas intueri, si experimentum certiùs fieri debeat: Philosophantibus enim inest fixa meditatio discretionis, ut ante opus, quod fieri debeat pensetur commodè: quoniam contingentia erroris evenit ad opus accedere sine judicio mentalis praxis, quæ theórica in lapidem operatur, antequam ad manuum perveniant labores: Nam opus exequitur naturam, & non vice versâ. Qui igitur in rebus conatur efficere quidquam, animam disponat ad intelligendum: postea, manus ad operandum emittat.

*De ablutione calcium & de corporum  
in aquam resolutione.*

**I**sta operatio est circuli absolutio, sicut jam demonstratum est, fit non aliter

**F** quàm



quàm in dissolutione primâ jam suprà dicta : & hæc operatio est initium & finis unius circuli ; & principium alterius. Sed ut ad illam iterum accedamus. Recipe calcem corporum ut prius calcinatorum, & imbibere calcem cum aquis distillatis, semper separatim, scilicet calcem albam cum aquâ suâ imbibere, & similiter calcem rubeam cum aquâ rubeâ : tere igitur hanc imbibitionem super lapide marmoreo, & materiam decoque 4. diebus, & iterum tere post decoctionem, & mollicia, & iterum imbibere, & decoque, ut materia coaguletur. Et iterum tere post decoctionem, & imbibere, & decoctionem reitera coagulando, & triturando, & dissolvendo, & imbibendo donec totum sit in mercurium fulgentissimum conversum, sicut in prima dissolutione detexi, ita ut nihil de corpore tactu percipi possit & sit materia fulgentissima : & hæc est ablutio corporis : tamen ut sit clarissima, nigredo, aut sordities quæ in superficiem veniunt separari debent, sicut in prima dissolutione, & oportet ut totum per filtrum lineum transeat, & nihil indissolutum remaneat : & sic ars juvat naturam,

&amp;

& similiter ars à naturâ juxatur in quantum natura operans & rectificans movet opus suum ad ejus perfectionem ducere, quod libenter consentit.

Ideo nos calcinamus medicinam, ut citius solvatur, & eam solvimus cum aqua acumine dissolvente, ut melius mundetur, figatur, & fundatur, ac ab eâ suscipiant corpora meliorem impressionem & ingrossum.

Signa verò apparentia in hac ablutione sunt tria, quorum primum est, quod tota materia in principio suæ impastationis tibi fœda apparebit ac tenebrosa & obscura quæ puritatem materiæ abscondit, & est sicut interpositio nigrarum nubium quæ impediunt nobis claritatem Solis, nec permittunt nos videre corpus solate: ita hæc tenebrositas existens in materia ista non permittit nos videre luciditatem naturæ, nisi prius deleatur. Secundum est, quod sicut prædicta tenebrositas separabitur à materiâ, eam tergendò, videbis oriri & apparere claritatem naturæ, sicut quando nubes nigræ recedunt ab interpositione Solis: & sicut prædictæ nubes nigræ per resolutionem ab universali natura cœlesti

resolvuntur, & annihilantur, & tunc cœ-  
 lum apparet nobis clarum, nitidum &  
 purum. Ita hæc tenebrositas per dissolu-  
 tionem à virtute universali hujusmodi na-  
 turæ perfectibilis resolvitur & totaliter  
 separatur, & tunc materia naturæ sicut  
 cœlum clara tibi apparebit, & nitida, ful-  
 gens, peculiarisquæ multum serenitatis  
 amœna.

Tertium autem signum est, quòd quan-  
 do substantia coagulata post ejus prædi-  
 ctam mundificationem & separationem  
 ab omnibus suis superfluitatibus supradi-  
 ctis disjungitur, tum aqua suâ videbis  
 eam inspissari sicut lac inspissatur & coa-  
 gulatur à virtute sui coaguli: ita ut non  
 currat aliquo modo superficiem plenam  
 sicut argentum vivum facit: sed est ibi  
 stans sicut una pasta vel pastes, ita ut per-  
 mittant se scindi per medium absque  
 reconnectione suarum partium, nisi  
 manibus reconjungantur. Et hæc est  
 operatio per quam poteris testificare de  
 fine, si sciveris causas ejus perinvestigare:  
 non enim infans natus est homo perfe-  
 ctus, sed solum est principium hominis,  
 quia nondum operationes perfectas exer-

ere potest sicut homo perfectus.

Similiter lapis licet jam habeat in se virtutes minerales inclusas, & per digestionem à naturâ tempore suæ mortificationis & resurrectionis acquisitas, quibus jam inspisset & suum mercurium coagulet, verumtamen non est lapis perfectus, quia prædictæ virtutes minerales nondum sunt fixæ, & ideo non possunt adhuc esse perfectæ, quia perfectio in fixatione consistit. Oportet igitur ipsum ab omnibus maculis originalibus bene purgare & perfectè mundare, & nutrire, ac ejus virtutem multiplicare, deinde perfectè fixare quousque possit magnum ignem tolerare. Sed ut bene cognoscas tempus primi gradus lapidis præparationis, lege & nota quod dictum est de putrefactione essentiali &c. Verùm autem hic lapis nutriti debet sicut infans nutritur quousque perfectam operationem faciat, sicut infans quando purgatus & nutritus fit homo perfectus, & opus perfectum facit.

F 3      *Admonitio.*

*Admonitio.*

**S**I tu igitur perveneris cum experientia ad cognitionem prædictorum experimentorum, & propriis oculis capitis tui realiter perceperis prædictas virtutes minerales inclusas in materia in esse reali a potentiâ ipsius materiæ lapidis jam deductas per operationes supra dictas, debes esse certior, imò certissimus, nisi velopravitaris ignorantia fueris obnubilatus, quòd quantò pluries reiteraveris ipsas operationes super lapidem, tantò plus subtiliabitur in essentia, & virtutes ejus in fortitudine multiplicabuntur, & ejus substantia magis depurabitur ab originali maculâ, cum verâ alteratione, quousque perfecta medicina compleatur, quia quanta erit sua præparatio, tanta & erit sua perfectio.

*De*

*De tertia Calcinatione quæ post depurationem & dissolutionem fit primi gradus lapidis.*

**V**eniendo igitur ad ultimum terminum operationis circularis, est sciendum quodd si prædictam dissolutionem sive totam materiam quam supra mundificasti ab omnibus suis impuritatibus subtiliaveris, ita ut totum transeat per filtrum, eo modo quo dictum est in principio operis præsentis, erit materia prævalentis in altitudine dignitatis majoris, ita ut postea in centuplo conferat altiora.

Dissolve igitur lapidem tuum, quousque totum transferit per filtrum lineum, post divide lapidem fixum ab humido, cum filtro stricto exprimendo ipsum quousque quasi tota humiditas transferit per poros ejus, & substantia fixa remanebit in ipso. Hanc materiam scilicet massam quæ in filtro remanet, pone in vase vitreo bene clauso cum suo cooperculo super cineres, & cum igne lento desicca donec fiat lapis frangibilis, erit

F 4 enim

## 128 *Philosophorum Magisterii*

enim valde ponderosus : & quod superius elevabitur semper seorsim serva : deinde sume lapidem induratum & coagulatum, & frangatur super porphyriticum cum aliquo calculo, aut moleta, donec sit perfrusta, & postea reponatur in prædicto vase sicut prius, ut ibi magis induratur, & supra cineres calidos stet 24. horis, postea reduce in pulverem minutissimum, & sublima hunc pulverem igne proprio sublimationis sicut antè dictum est in prima sublimatione, & continua donec nihil ascendere possit, & quod elevabitur jungere poteris cum alio ejusdem naturæ elevato, cum recolligendo pennis anserum : Deinde calcina pulverem qui in fundo remanebit, eodem modo sicut fecisti in calcinationibus præcedentibus. Et calcem naturæ puram & albam habebis.

Postea totam aquam elevatam, & per filterum transitam distilla, sicut in aliis distillationibus dictum est : & nunquam facias mortificationem aquarum nisi per se prius eas distillaveris, quamlibet suum genus ad partem : Intellige igitur, quia ego loquor tam de aquis albis quàm de rubeis,

rubeis, quia sicut est preparatio unius, ita est preparatio alterius : Scias hoc, nam aquæ semper debent per se distillari postquam separatæ sunt à suis corporibus, quia sicut inter duas distillationes debet fieri una inhumatio, quoniam aqua semper importat secum aliquid crassitie corporis, quod oportet postea per aëtis lavigationem subteiliari.

Distilla ergo eam leni igne sicut dixi de distillationibus.

*De rotatione lapidis cum reiteratione  
secundi circuli.*

**R**otare verò lapidem circulando, est iterum humidum reducere super siccum, per vices conterendo & paulatim imbibendo, & de quatuor in quatuor diebus decoquendo, & postea sublimando volatilem, deinde suaviter calcinando materiam in fundo remanentem, & recolligendo quod sublimatum fuerit, & sic continuando hanc imbibitionem, & desiccationem, quousque aqua fuerit totaliter mortificata, id est reiterare operationes præcedentes sicut jam dictum est.

F. 5. postea



postea sublima totum resurgendo à mortuis , & tandem terram calcina : hinc aquam per se distilla , deinde calcem abluce , demùm verò coagula , & calcina : postremum verò aquam distilla , & sic finitur secundus circulus , & tertius jam est incœptus : perfice ergo ipsum iterum imbibendo calcem , & suum humidum mortificando , & mortificatum resuscitando iterum , terram verò postea calcinando , & ejus humidum ad partem distillando , demùm calcem abluendo , & deinde eam coagulando , & iterum calcinando , ac aquam per se distillando , quousque gradus primus perfectæ præparationis mercurii compleatur.

Et quia non alterat quod non ingreditur , & lapis quidem calcinatus ac defixus non ingreditur , quia non funditur : ideòque necesse est , cum parte residua non fixi lapidis , fusionem per cerationem , & reductionem illi dare ingressionem , quæ perfectionum ultima est , usque ad profundum alterabilis cujuscunque sine separatione.

Ex quibus recolligere potes quòd per reiterationes operationum supradictarum  
omne

omne superfluum separari potest, quod apparet in qualibet periodo, & ipsum habilititer tolli & removeri, & cum reiteratione operis substantia mundari.

Cum verò habueris hanc substantiam, purissimam ac fulgidissimam, non restas aliquid amplius in eo facere, nisi ipsum indurare & fixare, ita ut efficiatur Elixire perfectum, ad projiciendum, scilicet album super cuprum, & rubrum super argentum. Non enim corpora à perfectione diminuta possunt suscipere perfectionem, solarem per medicinam primi ordinis sive gradus, nisi prius claritatem & fulgorem, per præparationem cum medicina vel Elixire susceperint. Hâc ratione non oportet facere projectionem de rubeo Elixire, nisi super lunam, nec de albo nisi super cuprum, quoniam hujus ordinis medicina sive gradus primi est perpetuè lunam citrinans, & perpetuè venerem dealbans. Et hoc est, magnum secretum quod in mentem recondere debes.

*De Perfectione Elixiris primi gradus  
& ejus compositione.*

**C**Um igitur argentum vivum per præparationes primi gradus fuerit mundatum, ac in substantiam purissimam & fulgidissimam reductum, tunc duæ præparationes sunt requiritæ, quarum una est durities cum ignitione suæ fusionis, & fixum cum suo sulphure fixo, vel arsenico fixo. quod est calx corporis cum quo argentum vivum fuit præparatum, nam argentum vivum fixum, scilicet calx corporis, dat argento vivo fusionem cum ignitione, ut ab igne non recedat. Erit ergo induratio suæ mollis substantiæ cum ignitione suæ fusionis: hoc est, quod oportet ut ingeniemur, argento vivo nostro permiscere in profundo illius argenti vivi mundi substantiam fixam sive calcem quæ sulphur & arsenicum vocatur, quia facile cum illa miscetur & unitur, & ipsum indurat & coagulat, ita ut materia non fundatur antequam igneatur, & hoc ingenium inferius revelabimus. Alia quidem præparatio est ad fixationem per remotionem suæ fugitivæ

Substrivæ substantiæ quæ est aquositas fugitiva quæ fixationem non suscipit, & ista perficitur per ejus conservationem in igne suo, post primum calcinationis gradum illius, sicut inferius manifestabitur.

*De ingenio indurationis, & mixtionis ac coagulationis argenti vivi.*

**R** Ecipe unciam unam purissimæ lunæ tribus vicibus per copellam purgatæ, ita ut sit ab omnibus humoribus superfluis bene mundata, pura & sicca; & illam dissolve in nostro argento vivo superius sublimato, & per primum gradum operato, & hæc dissolutio fit sicut diximus in aliis dissolutionibus, ita ut tota luna sit in mercurium conversa, vel in argentum vivum fulgentissimum & per filtrum lineum transmissa, deinde separa substantiam liquidam à substantiâ fixâ per filtrum strictum bene exprimendo, & hanc substantiam fixam conterere supra lapidem, & imbibatur modicum post modicum de aquâ suâ per filtrum separatæ ramen semper conterendo & imbibendo quousque fiat pasta: Recipe hanc pastam & iterum

# 134 *Philosophorum Magisterii*

& iterum per filtrum dictum transmittē , quicquid poterit transire fortiter exprimendo, & quod eliquatum fuerit seorsim serva, quoniam est quid pretiosissimum, in se continens humidum radicale , quod est albius nive, & quod lac virgineum vocatur. Itera igitur hanc operationem, donec habeas satis de lacte virginali.

Deinde sume duas uncias purissimi sulphuris calcinati & fixi , ac per primum gradum præparati , & hoc sulphur cum prædicto lacte imbibatur per vices conterendo, quousque fuerit sicut pasta , & desicca , & iterum contere , & imbibere ut prius, & desicca, & hoc itera quousque biberit novem partes de prædicto lacte: postea decoque hanc massam in balneo. Scias enim quòd ibidem per multam & temperatam à naturâ decoctionem fiet ex illa resolutio & inspissatio bona, & ultima mixtio, ut cum ignitione lique scat: Coque igitur ibidem continuè ut non lique scat nisi cum ignitione , interim desicca bene materiam igne sicco donec nihil evaporari possit ex ipsa materia & hoc est Elixir.

De ista natura partem unam recipe & super unam aliam partem argenti fusi projice

proiice , & totum fiet medicina ad pro-  
jiciendum super venerem.

Proiice ergo de ista medicina sic com-  
posita, unum pondus super centum partes  
artis fusi, tamen purgati, & in lunam puris-  
simam converteretur.

Et caveas quòd illud quod resolve-  
tur in decoctione Elixiris , nihil aliud est  
nisi coadjuvans & non restaurans humi-  
dum radicale , sed solum eam subjun-  
gens in profundum , & postea fugiens in  
expressione ignis , sicut aqua dissolutiva  
& de qua Philosophi mentionem fecerunt  
in suis summis , cum loquuti fuerunt de  
solutionibus cum aquarum fortitudine  
sive acumine dissolvente.

*De Elixiris rubei projectione primi  
gradus lapidis, & de ejus  
confectione.*

**E**odem enim modo facies Elixir ad  
rubeum , dum tamen cum una uncia  
sulphuris albi rubificati prius cum lacte  
rubeo miscueris aliam unciam sulphuris  
rubci , & totum bene miscendo & con-  
terendo

terendo cum ipso lacte rubeo, & hoc fit  
postea sicut est dictum de albo, scilicet re-  
rendo, imbibendo, & desiccando, quous-  
que biberit novem uncias de suo sanguine  
sive lacte rubeo. Postea ponatur ad deco-  
quendum in balneo quousque citrinetur.


De isto Elixire citrino projice unum  
pondus super aliud pondus folis, & fiet to-  
tum medicina ad projiciendum supra ar-  
gentum.

Projice ergo unum pondus istius me-  
dicinæ super centum pondera lunæ fusæ,  
& eam citrinabit citrinitate peculiaris,  
multum citrinans.

Et semper confortare debes album ex  
albo, & rubeum ex rubeo, quoniam hanc  
regulam oportet te utique observare :  
scias hoc & intellige ne in errorem incidas.

Et hæc est potentia elixiris primi ordi-  
nis: nam Corpora à perfectione diminuta  
non possunt ista medicina primior-  
dinis vel gradus perfectionem suscipere, nisi eli-  
xir sit ulterius operatione ad subtilitatem  
majorem deductum. Et ideo non opor-  
tet facere projectionem de rubeo elixire,  
nisi super lunam, & de albo nisi super  
yenerem.

**D E**



# DE INTENTIONE

*finali quam artifex habere  
debet.*



**U**M. Corpus Humanum æstimationem non habeat quovis jure restante, quoniam omnia facta sunt propter ipsum, plus philosophantes in arte magis pro vita & sanitate debent appetere has medicinas, cum sint ex essentia quinta, super omnes alias medicinarum medicinas ad sanandum omnes quascunque infirmitates corporales, ex quacunque causa fuerint, sive calida sive frigida, quam pro divitiis acquirendis, quæ brevi tempore valde ægrè & quandoque forsan lethaliter relinquuntur, & quoniam præstantissimus thesaurus qui ab omnibus expectari debeat post salutem animæ est sanitas sine qua nullâ felicitate hac in vita frui possumus, clarè & sine ambagibus exponam verum arcantum medicinæ universalis & verum aurum potabile Philosophorum detegam.

*Aurum*



*Aurum potabile Philosophorum  
in primo gradu.*

**S**I vis conficere aurum ad Corpora humana sananda, & de auro purissimo & per cæmentum purgato unciam unam & ipsum dissolve in nostro mercurio per primum gradum sublimationis præparato, id est in nostra aqua rubea, jam ut supra præparata & animata & à corpore suo separata, scias quòd hæc aqua scilicet mercurius noster devorabit ipsum aurum totum. Unde Socrates in tractatu de aquila sic dicit, *Videas qualiter ipsum transglutiat vipera conjux sua* : clarè significans dissolutionem auri debere fieri mediante mercurio nostro præparato scilicet ab omni veneno expoliato.

Cum verò dissolutum fuerit & bene subtiliatum, ejus humiditatem totam per sublimationem philosophicam separa, & in fundo vasis terra fixa & mortua remanebit, quam desicca. Terra desiccata, aquam ab ea separatam recipe, & super terram reduc vicissim eam conjungendo, & cum suo viro rubeo desponsando donec totum

totum in pulverem mortuum reducatur decoquendo in temperato calore de quo quidem calore dicunt Hippo. Gal. Hali, & Avic, sic in libro vita Philosophorum circa finem, O Deus! si auderem dicere proportionem caloris naturalis sanorum adolescentium temperata complexionis, iam esset apertum secretum occultum: Nam hic calor juvat & restaurat calorem perditum, & ipsum confortat & conservat & facit ipsum vigore in omnibus membris, & est medicina senum &c.

Et alibi in eodem libro vitæ Philosophorum cap. 2. dicunt prænominati Philosophi, Studeat Medicus ut omnia simul cum quantitate digestionis, quia in digestionis est tota radix unius intentionis, nam cibaria quæ de sua natura bonos humores generant, nisi bene digerantur malos generabunt. Decoque ergo completè cum digestionis requisita, nec festines in aquæ reductione, sed vicissim perge donec tota aqua sit consumpta & in pulverem reducta, & pulveres per semitam viriditatis, citrinitatis propria fermentatione diriguntur. Unde quando decoquuntur & sublimantur ad dignitatem ponuntur &

140 *Philosophorum Magisterii*

alio colore rubicundissimo tinguntur, & hoc est aurum incombustibile & quasi ad tactum insensibile & dulcis saporis ac lenis dissolutionis & odoris suavissimi.

Verumtamen quando pulveres isti virtute propriæ digestionis terminantur, & ad terminum suæ decoctionis perveniunt, totam superfluum humiditatem amittunt; & per consequens totam ejus acerbitatem, ac omnes superfluitates corrumpentes & corruptæ quæ sunt in rebus illis separantur, & nihil remanet ex eis, quàm mediocritas carniū serpentum, quoniam abscissa sunt ex eis caput & cauda scilicet superfluitates venenosæ & multum nocentes: Nec ex mercurio, Philosophi voluerunt nisi tantam substantiam mediam puram & electam pro suo opere, ideo nec in auro potabili quicquam remanere debet nisi tantum sola ipsius mercurii substantia media & cum carne auri irresolubiliter, & inseparabiliter absque ulla impuritate incarnata, & hoc est aurum exsiccatum & calcinatum à calore humido; qui quidem modus desiccandi, sicut dicit Avicenna, fit alio modo quàm cum igne artificiali, scilicet per absconditam naturam.

naturam quam nos invenimus: quemadmodum enim conglutinum agni congelat lac, ita ista natura mercurium congelat, depurat, calcinat & pulverifat; est enim pulvis simplex citrinissimus & aurum Philosophorum, quod in quamlibet humiditatem attenuatur & dissolvitur, & hæc humiditas dicitur aurum potabile simplex & purum, omni corruptione vacuum: & propter citrinitatem ejus dissolutam & depuratam omnis liquor in quo aliquid de isto pulvere dissolutum est citrinatur citrinitate peculiaris multum amœna.

Hoc autem est miraculum quod Deus tantum suis fidelibus & electis revelavit; & est lapis & medicina cui quidem aurum & argentum & gemmæ non sunt comparanda, quia nihil simile in natura reperitur, nec formaliter est extra proportionem aureitatis, sicut nec homo natus extra proportionem humanitatis.

Hic lapis autem vel medicina nihil aliud est quam aurum in suis gradibus multiplicatum stante eadem proportionem auri primi, de qua proportionem veram speciem metallicam traxit, sicut homo speciem humanam.

Quidam

Quidam autem , serpentes & viperas debilibus comparare consuluerunt, loco rei compositæ elementalis, scilicet auri secundum ordinem & philosophiæ processus præparati, quem ipsi invenerint & de quo mentionem faciunt in quarto cap. libri vitæ philosophorum, dicentes quod ex accidentibus commixtionis serpentis, curis confortatur: & postea sequitur, *Nisi vipera præparentur sicut expedit non valent: nam earum caro præparata virtutes naturales confortat ex proprietate in hominis natura:* sed in ejus præparatione totum secretum jacet, quod sapientes occulta-verunt.

Alii autem quandoque Principibus & generi humano, serpentes de rupibus & pratis comedere consuluerunt, (intellige verbum secundum literam) hac de causa omnes tales decipiuntur & decipiunt, quia Philosophi de re composita elementalī intelligant, & non de rebus animalibus. Quod satis probat magister Arnaldus de Villanova, pollens ingenio; in tractatu de fine, dicens, aurum esse miraculum naturæ cum sit res composita & elementalī, & ibidem, per plurimas operationes

operationes ab ipso factas veritatem hujus rei recitat, & aurum in aquam resolvablem laudat, non pluvialem intelligas, sed permanentem & incorruptibilem, videl. in pulverem resolutum. Vide etiam dictum Augurelli de pulvere auri in aquam resolubili. Et hic pulvis est elixir de quo Arnaldus dicit modicam quantitatem cum vino sumendam sufficere, & ad multiplicationem ejus boni artificis ingenium satis esse.

Si autem prima vice, Solem cum mercurio componeres aut desponderes & in pulverem reduceres ut decet quemadmodum dictum est, an talis pulvis esset acceptabilis pro salute humanâ? Certè non: quia venenosus est quamplurimum: nam multam fœditatem possidet mortiferam quæ non est de sui essentiâ vel naturâ, quam auferre nisi per sublimationem philosophicam est impossibile, de quâ sublimatione suo tempore clarè tractabimus. Sed si venenum auferre scires & carnos præparare scilicet partes essentielles permanentis naturæ puræ, ita ut incombustibiles, & ad tactum insensibiles essent atque lenis dissolutionis, ita ut in

Digitized by Google quo-

#### §44 *Philosophorum Magisterii*

quolibet liquore dissolubiles sint, Nonne Philosophorum intentionem haberes? Certe sic: Sed postea istius pulveris dissoluti elementa non separabilia sunt ad summam dignitatem tingendi corpora planetarum attingendam, quia isti pulveres mixtionem liquoris alterius naturæ non requirunt, ut elementa separari possint: Sed antequam pulveres cum aliquibus liquoribus extraneis conjungantur vel dissolvantur, tunc bene elementa separabilia sunt ad altiore dignitatem tingendi consequendam, mediante tamen putrefactione eorum in nostro præparato mercurio: Sæpius enim fallitur incipiens qui non aliter judicat de medicina applicabili ad mineralia, quam de illâ quæ à Medicis pro corporibus humanis determinata est.

Prædicta igitur medicina sive aurum potabile nunquam fieri potest nisi proprio liquore dissolventi prius præparato & ab omni venenositate remoto, & qui conveniat cum eo in materia & in forma, & qui possit se recongellare ad speciem, & hoc est argentum vivum nostrum per philosophicam sublimationem præparatum.

Dicit

Dicit enim Ioannes Dastinus in suo magno rosario. Oportet autem ut à rebus siccis sibi in nullo convenientibus valde sublimetur mercurius, quousque celestinum & purum receperit colorem. His verbis mandat prædictam siccitatem prius separare à substantiali carne mercuriali, cum venenosa sit & mortificativa: quæ tamen siccitas per ignis confractionem eliquatur liquatione vitri; Unde Arnaldus de Villanova cognoscens naturas intrinsecas, & specialiter hanc siccitatem vitrificatorem, similiter eam à prædictâ substantiâ mercuriali separare mandat, sic dicens; Ingenium ergo remotionis superflua terra est ipsum sublimare à vitro & sale donec purissima substantia ascenderit, his verbis demonstrat hanc separationem nostri mercurii à prædictâ siccitate vitrificatoriâ fieri debere, scilicet à vitro, quia sal dignoscitur esse vitrum cum jam sit prima materia vitri.

Item Hippoc. Gal. Haly, & Avicenna in libro Philosophorum vitæ clariùs loquuntur in cap. 1. dicentes, Cum sint humiditates corruptæ & humores crudi aggregati in eis, indigent hisdem quæ ex eo



## 246 *Philosophorum Magisterii*

nuent & deficcant humiditates superfluas,  
& humores crudos digerant, & sincerent  
corpus, & medicinis nobilibus animalis  
& planta qua etiam curant lepram, ut  
pleniùs habetur in eodem libro supra-  
dicto.

Nunc mihi dicas, si desponsationem  
vel compositionem Solis cum nostro  
mercurio faceres à quo priùs per sublima-  
tionem, prædicta siccitas venenosa sepa-  
rata fuisset, ac si in pulverem reduceres,  
non-ne adhuc pro sanitate humana esset  
acceptabilis? Certè non, quia materia  
nondum satis fuit præparata: quia cum  
ea aliqua pars alterius superflua humidita-  
tis adhuc remansit quæ est corruptionis  
causa, non tantùm in specie metalli  
sed etiam in specie & natura humana, &  
ista humiditas superflua est quidam fumus  
aquosus adustivus, nigredinem gene-  
rans, & corrumpens, qui à prædicta me-  
dicina per ingenium artis separandus est;  
Et cum ipsum humorem perfectè separa-  
veris, intentionem Philosophorum pu-  
ram & convictam habebis.

Tu ergo qui hujus medicinæ ad sani-  
tatem generis humani complementum ha-  
bere

berè copis , da operantur superfluitates  
supradictæ , operatione mediante , rectè  
separentur , & nulli extranei colores in  
vase tibi appareant , quod inditum tibi  
boni successus erit tamen hoc nunquam  
casu eveniri , sed sapienti directione soler-  
tissimi opificis , separabiles naturas & re-  
tinendas cognoscens.

Continuetur ergo ignis lenis propor-  
tione requisita , ita ut cooperculum vi-  
treum vaporem dirigentem sursum reci-  
piat ; Cum verò fumus ascendens præfo-  
catur , convertitur ejus humiditas in sub-  
stantiam citrinam & in se ipsa terminatur  
sicut pulvis incombustibilis & dissolubi-  
lis , & in colorem aureum convertitur :  
Et sic humiditas occultata in centro sicco  
comprimitur superius per frigidum , & in-  
fra retinacula cooperculi ligatur. Hæc est  
aqua auri , pulvis humidus , mirabilia &  
ineffabilia faciens in corporibus humanis :  
nam mirabiliter contra maniam , epile-  
psiam , apoplexiam , cardialgiam , pso-  
& lepram operatur : Omne venenum  
necat , & omne corruptum mundat , ju-  
ventutem conservat ac senectutem retar-  
dat , omneque diminutum complet , &

**148. Philosophorum Magisteriū**

omne superfluum consumit. Catarrhos guttosos, arthriticos, ischiadicos & podagricos perfectissimè curat. Bilem atram & flavam ac phlegma purgat & mundificat, odorem bonum in ore & in toto corpore insensibiliter facit, mentem & sensum mirificè confortat, & aërem corruptum evacuat, & aquam corruptam, aut malam nocere non permittit: intellectum & rationem acuit, visum & virtutem visus mirabiliter custodit ac clarificat: omnem infectionem mundificat, omneque venenum aëreum consumit, & in epidemiam mirabiliter operatur: stomachum confortat, dolores ventris curat, fluxum hepaticum & aqueum sedat, calorem naturalem multiplicat, & humiditatem radicalem conservat, & multa alia in humanæ naturæ renovatione facit, quod satis notum est illis qui regimen sanitatis procurant: Unde non immerito hæc aqua ab hominibus virtute ornatiss perquiri debet.

**De**

*De Auri nostri temperamento & de  
ejus qualitatibus.*

**I**ste vero pulvis Angelicus est de natura  
Costi, & est in excelitate calidus,  
quia caliditas ignea ultra gradus natura-  
les est in sui petenni substantia incom-  
bustibilis multiplicata, quoniam calidi-  
tas cum sit de proprietate sui summè acti-  
va, quibuscumque subjectis facile se com-  
municat, & maxime cum quibus magis  
participat: Erit-ne ergo iste pulvis dis-  
temperatus, & venenosus, cum omne  
complexionatum in quantum excellit in  
aliqua qualitate secundum plus & minus,  
venenosum dicatur, sicut nobis experimen-  
tum demonstrat complexionem harmoni-  
cam, actione suæ excellentis qualitatis,  
dissolvere & destruere. Exempli gratiâ,  
Serpentes qui sunt vehementer frigidi, fri-  
giditate excellenti in frigidando, sanguinem  
congelant, & naturalem calorem expri-  
munt, & sic tota harmonia dissolvitur: si-  
militer contrario modo, arsenicum album  
aut rubrum operatur, caliditatem & sic-  
citatem habens in extremo gradu, quibus

spiritus vitales desiccantur & comburuntur : quod , in aliquibus plantis venenosis, in quibus qualitates primæ à temperamento multum sunt separatae, videri potest. Erit-ne ergo iste pulvis sic nocivus cum calidus sit in summo gradu? Certè non : quia sicut ejus substantia permanens multiplicata est in caliditate & siccitate ex parte calcis , sic etiam in frigiditate & humiditate multiplicata est ex parte aquæ mercurialis : Nec potest multiplicari in una qualitate quin in contraria etiam multiplicetur : quia substantia permanens cum per se sit temperata potissime istud requirit, dum tamen processus ordinis operis observetur : nam sicut operationis regimen quo caliditas & siccitas in Philosophorum lapide multiplicatur observari debet, ita operationis contrarium regimen quo frigiditas & humiditas multiplicatur debet observari ; Non quod una qualitas aliam extinguat, sed utraque simul in eodem gradu stant ad temperamentum : Ideo caliditas hujus medicinae cum sit temperata, calori naturali assimilatur, & ideo ad cor proprietatem habet.

Præterea , licet iste lapis vel pulvis sit

fit in tanta caliditate temperata, tamen ne magnam ejus quantitatem fumus cavere debes, sed quantitatem valde modicam, quia licet non sit venenosus ex parte qualitatis multiplicata ratione sui temperamenti quod ab aliis qualitatibus concurrentibus in mixtione naturali medicina recepit, tamen ex parte quantitatis nocere posset. Et ideo cum de ipsa aliquid administrare volueris, quam minimum poterit semper administra, ita ut dimidii grani critici quantitatem non excedat, aut ad summum pondus ejusdem grani.

Et quoniam mea intentio in hoc loco non est, de potentia hujus medicinae in corporibus metallicis, curiosum docere, ob rationes jam supradictas & cum de ea tractare postea mihi proposuerim, nunc sufficiet ad sanitatem corporis humani usum demonstrare, qui est precipuus scopus ad quem hæc excellens medicina requiri debet.

*De hujus medicina ad Corpora humana  
sananda projectione.*

**I**N nomine Domini. Recipe de isto pul-  
vere pondus unius grani tritici, & in-  
dimidium vitrum lactis vaccini puri &  
recentis projice, & lac citrinissimum erit:  
Da leproso, & certissimè lepra sic repræ-  
metur & ex toto annihilabitur, & patiens  
sanabitur, nempe tunc demum corruga-  
bitur & renovabitur, quod sanitatis per-  
fectæ signum est. Senibus autem & illis  
qui morbos de frigida causa patiuntur cum  
bono vino & subtili ac odorifero dari  
potest.

Patientibus autem morbos de calida  
causa cum aqua tepida tantum administra-  
re. Debilibus verò & confortamento indigen-  
tibus, cum succo pultorum, aut cum ali-  
quibus liquoribus secundum genera mor-  
borum idoneis administrari potest. At-  
tendat hîc Medicus circumspectus, ut  
cum liquoribus magis propinquis naturæ  
humanæ detur hic pulvis: quia quantò  
magis liquor naturam confortat, tantò  
melius operationem bonam recipiet. At-  
tendat.

cedat etiam ejus saporis & substantiæ;  
medicina tanti ponderis esse debeat. Fac  
ergo ut ea utaris ad Dei gloriam & salutem  
Corporum humanorum.

*Hic finitur primus gradus lapidis qui  
quidem ventilatur circa depurationem, &  
ipsius subtiliationem secundum operationes  
sui gradus.*

*De natura fimi, & quid sit finis  
Philosophorum & quid sit calor.*

**L**icet Sol & Luna calcinentur, cum  
sint albedinis rubedinisque tincturæ,  
non tamen ipsa tinctura modo ipso auge-  
tur nec per consequens potentia transmu-  
tandi.

Primum igitur Philosophorum opus  
est rei calcinari stercorificatio : Oportet  
enim terram nostram bene purgare ab  
omnibus herbis venenosis, & postea  
ipsam firmare optimo fimo, per quem co-  
loris augmentatio primò apparet in pul-  
lulatione, propter quod stercorea pullulare  
videntur in magisterio Philosophorum.

*Stercorificatio vero terram est imbi-*

REGI

G 5

bera



bere calcem post separationem superfluitarum, scilicet conjungere aquam vivam cum terra., ipsamque putrefacere & in finum calidum redigere. Calces igitur debent stercoreisari fimo nostro, qui quidem fimo licet sub equorum stercore, solis ignorantibus sit sepultus, verum tamen interpretatur argentum vivum Philosophorum qui putrescit & corrumpitur, & putrescendo corrumpit, & putrefacit omne corpus quod tangit, & multiplicat tincturam ex sui ipsius corruptione: & quia tale stercus est de genere corporis vilis, tempore suae corruptionis, quia tunc vilescit corpus ipsum corrumpendo, ideo dicitur fimo putrefaciens. Sed quod tunc videtur perdidisse in putrefactione, germinat & virescit post in renovatione, sicut licet per resurrectionem: sed antequam renovare facias, fac ipsam morari diu in nigredine decoquendo in fimo nostro, scilicet in igne aquae nostrae quae est argentum vivum Philosophorum calidum & humidum, quod est ignis naturalis & temperatus., ponendo in phiala satis de aqua ut bene inhumetur lapis & non induretur & coaguletur, sed decoquatur in suo igne humido.

Idco

Deo dicit *Arnaldus de Villanova* quod ubi lapides Philosophorum generantur propter corruptionem nostri simi, vili pendantur.

Et *Archetam* dicit Philosophiæ filii: Fili doctrinæ, quando & quæries naturam videbis in corruptione suâ apparere in formâ vili & corruptâ, verumtamen sub illâ vilitate later quid pretiosissimum sicut anima in humano corpore, & est spiritus fortis quem quærimus, quo tingimus in quolibet corpore, hoc est argêrum vivum Philosophorum putridum & corruptum, & sterquilinium nostrum de quo dicit *Morienus*, si in sterquiliniis quod quæris non inveneris, tolle manum à marsupio.

In sterquiliniis, id est in istis rebus putridis & corruptis non verò in simis equinis nec cloacarum.

Et *Geberus* in principio summat suæ, dicit: Fili charissime, ne consumas æs tuum, quia vili pretio, si artis principia non ignoraveris, ad completum magistrum pervenies. Vult dicere quod principia ista ex quibus sequitur omnis perfectio sunt vilis formæ sine quâ nihil boni sequitur.

Unde putrefacienda est materia & ad formam vilissimam reducenda, postea tempore quo lapis est sub tali formâ vili & corrupta, & est durus & mortificatus sive siccus exteriùs, dicit *Panaphita*, filii doctrinæ, ne miremini nec irascamini de hoc de quo gaudere debetis in illo qui cuncta creavit, quando videbitis lapidem in siccitatem nigram vestis fore reductum, & quasi mortuum vilitate. Nonne videtis quomodo in testiculis exteriùs frigidis & siccis latet calor & humor in quibus secretum naturæ est, & in ossibus exteriùs duris & siccis occultatur materia ex qua potest fieri generatio: Et in testovi quod exteriùs est terrestre, durum & siccum, latet calor & humor ex quibus fit generatio pulli, & in grano vili & nigro latet secretum naturæ; pari modo debemus intelligere de semine nostro in quo secretum naturæ consistit. Secretum igitur vilissimum & abjectum, quod est argentum vivum Philosophorum, ignea potentia conterendum erit, & hoc idque tempore suæ renovationis: Nam tunc Philosophica contritio fit per eam quæ dicitur virtus thelonica sive ignea, &

Virgilius.

*Virgilius* dicit, igne teritur, & *Ioannes Bassinus* in suo rosario, & similiter *Avicenna*, non contritione manuum indigemus, sed solius ignis. Iste igitur lapis conteritur per ignem, & in pulverem convertitur sine tactu, qui dicitur elixir.

Necesse est inquit *Geberus*, continuationem ejus separari ut liberius ignis ad quamlibet ejus minimam partem perveniens sulphureitatem ex eo comburere possit, cujusmodi combustio, secundum *Philosophos* est dealbatio & rubificatio; Nunquam enim candidetur nisi combustionem; dicit enim *Lucas*, in Turba, comburere & dealbare & rubificare. Item alibi dicitur, æs nostrum combustum, est alba compositio: nam æs post ejus combustionem fit primò album, sed post sequitur: namque prolixitate coquendi tingit corpus. Nam secundum *Hermetem* ibidem, nisi igne fortiter conteratur, æthelia non ascendit, æthelia, id est aqua, & iterum coquite igitur donec fiat rubigo, & hic lapis fit gummosus: Oportet vos illam vim absque timore comburere quousque cinis fiat, quia sic est dispositus, ut in cinerem perveniat, nec candi-

## 158 *Philosophorum Magisterii*

candidetur nisi combustionem, combustio autem est humor, qui nisi esset, nunquam dealbaretur, habet enim magnam vim & dominationis fortitudinem propter caloris sui intensiorem.

Idcirco, si terra non fuerit alba in fine suæ decoctionis, reitera totam decoctionem conterendo & imbibendo in humore suo, scilicet cum aqua, & iteratim decoquendo, assa & calcina, quoniam *Azet*, scilicet humor & ignis, terram abluunt & dealbant. Scias quod prædictus humor sive aqua est in quolibet momento necessaria, eo quod potest putrefacere & subtiliare, & maximè in medio operis ad corpora diruenda vel dissolvenda, quia dissolutione corpus destruitur, spirituale fit & tenue.

Verumtamen, non oportet te reiterare istam decoctionem, si vis ad compositionem lapidis majoris pervenire, nisi prius materia prædicta istius lapidis, ab omni re corrumpente fuerit præparata, quod fieri non contingit absque subtili divisione Elementorum.

Et cum in primo gradu hujus operis quædam confusa separatio elementorum sit

fit demonstrata, scilicet per separationem aquæ à terra, cùmque alibi dixerim in aqua esse aërem, & in terra ignem: Veruntamen hæc separatio primi gradus non est vera & distincta elementorum divisio, quæ quidem videbimus in secundo gradu sequenti.

Attamen opus primi gradus continuando, ac sicut dicitur fermentando, multiplicabitur medicina in virtute de decem in decem cum additamento fermentorum. Et, Nota quòd quanto mercurius purior est, tanto minori temporis spatio opus absolvitur. Et quam purissimus fuerit mercurius, exigua die opus peragitur. Idcirco da operam ut in initio operis, purissimum mercurium habeas, & aurum aut argentum finissimum invenias, tunc in nomine Domini labora.

*Hic*

*Hic consequitur secundus gradus qui est de majori depuratione & subtiliatione ipsius lapidis per elementorum separationem.*

**S**ecundus gradus lapidis, est ut accipias materiam per primum gradum jam præparatam, & dissolvas calces separatim secundum doctrinam superius traditam, ita ut totum sit sicut argentum vivum fulgentissimum, & ista dissolutio sit non aliter quàm in aliis dissolutionibus prædictis, materia dissoluta & in mercurium conversa, depurata & subtiliata, & magno ingenio elaborata, fac ignem proprium sublimationis, & totam materiam sublima quæ sublimari poterit, ignem graduando, & ne subito augeatur ignis ne fiat pelagus conturbationis & amissio virtutum vi ignis.

Scias enim quòd calor existens in minera quandoque est adeò conculcatus & depressus per coagulationem suæ materiæ, ut nullo modo possit se movere ad suæ materiæ perfectionem, nisi median-

te acutiore lance, scilicet igne fortiori  
pungente ipsum ab extrinseco: Et quan-  
doque sufficit continuare ignem semper  
ipsum manutenendo in uno statu usque  
ad perfectionem sublimationis, sine ali-  
quali vigoratione, quia tunc calor intrin-  
secus naturalis tam fortis est, & in tanta  
quantitate multiplicatus in minera sua ut  
postquam excitatus est ad movendum, so-  
la sufficiens sit ei continuatio exterioris  
ignis usque ad consummationem sue  
sublimationis. Et quia calor naturalis  
multiplicatus per totam suam materiam  
est diffusus & dispersus, & immixtus, se  
ipsum resolvendo ubique materiam suam  
fixam comminuit & in pulverem cinere-  
um convertit, & similiter suum humidum  
quandoque per sublimationem terminat  
in pulverem, quod significat calorem vin-  
centem & dominantem esse in materia, &  
quandoque iste pulvis existit volatilis, &  
quandoque non, quod evenit secundum  
quod summa volatilis superat summam  
fixi in mixtione, aut superatur à fixa. Et  
quandoque est pulvis albus, & quandoque  
non si fuerit ex albo, & quandoque ru-  
beus, & quandoque non si ex rubeo fuerit,  
quod



quod contingit ex diversitate purificationis argenti vivi, quia si impurum adhuc fuerit, fuscum & fœdum pulverem generabit: si verò purum, purum & album pulverem procreabit in opere albo: & in rubeo purum pulverem rubrum generabit. Quod diligenter notandum est.

Sublima igitur quod sublimari poterit, & erit materia in se continens quatuor elementa, unde separatio sequitur eorum ab invicem antequam matrimonium fiat.

*De essentia aquæ & elementorum  
suorum substantia.*

**D**ico igitur primò quòd in prædicta aqua sunt tria elementa essentialiter ex sua propria mercuriali substantia perfectè creata, scilicet aqua, aër, & ignis, & ista actualiter sunt in unica substantia quæ aqua est homogenea per totum, & quamvis terra materialis sive corporalis sit vel fuerit ex prædicta aqua per jam dictam sublimationem realiter separata, verumtamen illa sola substantia aquea continet etiam in se terram spiritualem, & indepurativam,

purativam, & symbolicè in humiditate; Et hæc substantia tota scilicet aqua, vocatur argentum vivum propter formam suam, quam possidet à materia sua prima, quæ est argentum vivum Philosophorum, & permanentius aliis elementis, nec corporeum nec incorporatum, sed utrumque tamen nec masculinum nec fœmineum sed utrumque simul, quod tamen argentum vivum, terra mater elementaris in corpus congelatum sub siccitatis & frigiditatis pallio tanquam arcanum prius occultavit; sed postea quando à matre sua elementari, scil. terra, separata est cum omnibus prædictis virtutibus elementorum, spiritus liquidus dicitur. Hic autem spiritus in naturæ terræ elementatæ visceribus, cujus humor non nominatur, nec in libris Philosophorum reperitur, non sive venerabilis magnesia creata est, & iterum ex ipsius venere procedit, quod est prædictum argentum vivum Philosophorum.

Unde *Rasis* in libro intitulato *lumen luminum*; calor ignis, frigus aquæ, humor aeris & siccitas terræ simul adjunctæ perfectum & integrum constituunt elementum. Et verum dicit, quia qualitates hujus aquæ sunt essentialiter in ipsis elementis.

mentis. Optima quidem erit cognitio  
 omnis, si res similes similibus referantur,  
 & apposita appositis contradicant. Hac  
 itaque discretionem, ad philosophiæ gra-  
 dus & creaturarum arcana, & naturæ pra-  
 ctica, & multa alia aspirare quis poterit.  
 Unde hæc tibi tanquam totius Mundi ar-  
 cana notanda sunt.

*Quid sit ovum generatum ex ovo  
 mortuo.*

**H**oc igitur argentum vivum Philo-  
 sophorum est ovum vivum ex ovo  
 mortuo generatum, in quo est partium  
 propinquitas & affinitas & colligantia na-  
 turalis, quoniam partes ejus scilicet terra  
 & aqua, æther, & ignis, magnam affi-  
 nitatem invicem acquisiverunt per ope-  
 rationes sublimationis primi gradus.  
 Nam omnia quæ simul sunt constitutione,  
 affatione, & irrigatione, vicinitatem &  
 colligantiam habent ad invicem, sicut  
 dicit *Haly*, in lib. de secretis secretorum.  
 Et quia quælibet partium se habent ad to-  
 tum, ratione similitudinis & propinquitatis  
 quam acquisiverunt in præcedentibus  
 digesti-

digestionibus à natura : ideo ex illis omnibus producitur noster lapis philosophicus , sicut pullus ex omnibus sive partibus in ovo gallinæ existentibus. Ita intelligas lapidem nostrum generari debere ex omnibus partibus suis existentibus prædicto ovo philosophico.

*Quæ sit res quæ separanda est à re  
elementaliter secundum  
naturam.*

**E**X prædicto igitur liquore , scilicet argento vivo, separare oportet quod frigidius est in substantia aquæ humidæ à terra , & illud quod humidius est , in substantia æris calidi ab aqua : & quod universaliter per totam substantiam liquoris calidius est , in substantia olei , vel ignis separare oportet ab ære : Et cum hæc factum fuerit, & perfecta erit elementorum separatio.

*Quæ*

*Quomodo cognoscuntur predicta elementa inesse, compositione, argento vivo Philosophorum.*

**Q**UOD autem istud argentum vivum Philosophorum contineat in se quatuor elementa, per hoc manifestatur: quoniam tempore suæ mortificationis vidisti duritiem & siccitatem in eo, quæ ex terræ parte existentis in ipso produci necessarium est; vidisti similiter actualem rubedinem in ipso quæ ex parte igitur existentis in eo debet necessario procedere; vidisti etiam tempore suæ resurrectionis molliem & humiditatem actualiter frigidam in ipso, quæ ex parte elementi aquæ in eo debet naturaliter provenire; vidisti etiam in ipso humiditatem viscosam & conglutinativam ex eodem, tempore quo imbibantur res siccae & mortificatae: Nam virtus conglutinativa est illa quæ sua viscositate, partes divisas simul adhærere facit, quæ tamen ex partibus existentibus in aëre legitimè producuntur.

Per

Per primam natura desiccatur, & retinet se ipsam: per secundam, mollificatur & dissolvitur se ipsam: per tertiam digerit & dividit se ipsam: & per qualitatem coadunatur & conglutinat partes divisas se ipsam invicem adhaerendo.

Cum igitur hujusmodi assertio confirmetur per *Rasis* philosophiam, quod scilicet (sicut superius allegatum est) calor ignis, frigus aquae, humor aeris & siccitas terrae simul adjunctae perfectum & integrum continent elementum: Cæcus est & erit in corpore à se invicem separatione qui in credendo hæc, ponit difficultatem.

*De difficultate & ingenio separationis  
elementorum.*

**S**ed quomodo prædicta elementa quæ sunt in argento vivo Philosophorum separabuntur ab invicem per distillationem cum omnia sint spiritualia, & maxime cum omnes Philosophi dicant quod argentum vivum propter nullas causas exterminationis, se in partes compositionis dividi vel separari permittat, quod aut  
cum

cum tota sui substantia ex igne recedit,  
aut cum tota in igne permanet stans.

Qualiter ergo, viscositatem aëream  
cujus viscositatis necessaria est conserva-  
tio, ad crassiores partes terreas inspissan-  
das quibus inesse debet fusio metallica,  
separare poterimus ab aqueis partibus per  
distillationem, si quid ab aqueo humido  
frigido per ignem exhaletur, & similiter  
humidum aëreum viscosum, & etiam fio-  
cum ejus, cum humidum non differat à  
sicco, nec siccum ab humido: tanta enim  
est uniformitas partium humidarum aque-  
arum cum partibus terreis aëreis, & igneis,  
in hoc argento vivo quod inest ei fugere  
per ignem cum tota sui substantia. Quid  
ergo fatuitatis est illud quod movet dice-  
re hoc argentum vivum in partes elemen-  
tales separare, cum mihi impossibile vi-  
deatur.

*Responsio ad premissa.*

**E**T nos respondentes dicimus, quod  
illa quæ per naturam & cum natura  
invicem conjunguntur, per naturam &  
cum natura ab invicem separantur, & ista  
separatio fit absque partium corruptione  
vel

vel destructione naturalium partium ab invicem in partes suas elementales separabilem, videlicet elementalī compositione tantum, propter quod, intuentem respiciens dicit in veritate, quod talis separatio non est divisio, quia sic destrueretur à forma sua, sed est mixtio quæ est miscibilium alteratorum unio; sicut enim natura conjungit ibi calidum cum frigido, & siccum cum humido dissolvendo virtutis digestiva & mundificativa: sic ipsa eadem natura resolvendo virtutibus suis aliis, quæ dicuntur attractiva, & addit appetitiva, separat eas ad partes suas elementales arte mediante. Unde dicit *Argalans de Villanova*, in suo speculo medicinali; quod harum virtutum operationes considerari non possunt nisi sole opifice naturali.

H

Quomo-



*Quomodo natura se habilitat ut  
per artem valeat separari.*

**C**um igitur argentum vivum Philosophorum habeat in se subtilissimas partes fixas à corpore suo digestibiliter in oleum resolutas, possunt se adhuc invicem densare. Et quia tunc spissitudo omnium elementorum in terra quiescit, igitur quod densum est deorsum tendit, & per ignis tantam violentiam quod rarum est facile superatur.

Quod ergo spissum est ex igne in aëtem cadit: aëris verò spissum & quod ex igne spisso congregatur, in aquam incidit; aquæ quoque spissum, & quod ex igne spisso & aëre coadunatur, in terra quiescit: sicque terra trahit & tenet quod sumptius est in propinquitate & affinitate naturali: Et quia omnes virtutes elementorum congregantur in unum à quo prodierunt, ideo in oleum calcinativè resolvuntur: & à terra per ignem & aquam proculdubio separantur sicut cocta à crudis.

*Ex*

*Ex quibus aër & oleum unum  
ab alio separantur.*

**H**Orum autem elementorum natura in eorum separatione sic se habet, quod ex crassitie terræ & aquæ, aër generatur & separatur: Oleum verò in quo est tinctura, proculdubio ex crassitie aëris & ignis suam sumit originem & naturam, & quantò magis aqua diminuitur, tantò magis aër crescit & augmentatur, & quantò plus oleum augmentatur, tantò plus aër diminuitur. Idecirco in principio hujusmodi separationis, necesse est ut sit multa aqua & multus aër, quia tanta erit multitudo aquæ, quanta & erit multitudo aëris, & tanta erit multitudo tincturæ, quanta & multitudo aëris fuerit.

*De divisione elementorum.*

**V**Era ablutio elixiris nostri fit mediante elementorum separatione, & perfecta quidem separatio, ablutione

H 2 eorum

eorum mediante ; Ideo in præsentī capitulo modum dividendi monstrabimus , ne propter colores minimè extra eorum materiam apparentes tempore suæ liquiditatis in divisione sis stupefactus.

Notandum est quòd elementa non dividuntur in lapidem, secundum substantiam , quia eadem substantia semper est irresolubilis , quæ dicitur mercurialis : sed separantur secundum virtutem , ita ut virtus separaretur à virtute , vel qualitas à qualitate , quantum possibile est humanæ obtusioni penetrare ad secreta naturæ , quemadmodum frigidum separatur à calido , & è converso , & humidum à sicco , & è converso : semper substantia cujuscunque prædictarum qualitarum sub eadem forma mercuriali manente , quoniam aliquod purum elementum non invenitur in natura simplex nisi in sua sphaera tantum : Licet ergo ignis habeat formam propriam , tamen ejus forma non apparet vobis nisi in alio corpore : Hac ratione Philosophus , in libro de animalibus sic inquit : Et forma ignis non apparet per se omnino , & in 16. ejusdem dicit , Ignis autem non generat animalia

animalia, nec apparet sustentatus nisi in rebus humidis aut siccis. Et alibi dicit quod virtutes ignis & aëris propriè apparere non possunt nisi in terra & aqua, sicut nec virtus formæ nisi in materia: Et sicut forma est inclusa in materia, ita aër & ignis in terra & aqua. Nos vocamus hanc aquam, omnem substantiam liquidam sive sit aëris, sive olei, vel aquæ; & vocamus hanc terram, omnem substantiam siccam, sive fuerit rubei sive albi. Unde non possumus habere elementorum qualitates separatim nisi in talibus substantiis semper existentibus sub forma elementorum mercurialium & non communium. Verum quidem est igitur, quod qualitates activæ & passivæ eorum secundum aliquam prædominantiam possunt à se invicem separari, & misceri, ut puta, dum proprio calore separamus aquosam & viscosam substantiam in qua magis prædominatur frigiditas, tunc dicimus quod separatur aqua: dum verò magis densam & spissam substantiam aëream & igneam separamus per calorem sibi appropriatum, tunc dicimus quod aër & ignis insimul se separant, eorum substantia semper sub

## 174 *Philosophorum Magisterii*

forma argenti vivi liquidi remanente :  
 dum tum substantiam magis in citrinitate  
 intensam spissam & igneam separamus  
 ab aëre, tunc illam dicimus esse ignem la-  
 pidis, animam, unguentum, & aurum so-  
 lutum in oleum rubicundum, & hoc  
 oleum est in specie argenti vivi liquidi  
 citrinissimi, ita ut ejus citrinitas mani-  
 festetur intus & exterius, ad modum  
 auri fusi currentis propter bonam digesti-  
 onem quam sua substantia habuit in sui  
 separatione tam per reiterationem sua  
 solutionis quam & suæ congelationis cum  
 terra sua rubea elementalī matre sua.

## *Modus separandi quatuor elementa.*

**C**UM verò habueris terram desicca-  
 tā, & ex sua propria aqua separatam,  
 tam albam quam rubeam : junge scilicet  
 aquam albam cum terra alba ; & terram  
 rubeam cum sua rubea aqua, semper se-  
 paratim, & dissolve tali modo ut totum  
 sit sicut argentum vivum currens, & in  
 mercurium conversum, & ut corpus ullo  
 modo percipi non possit, & colloca in vase  
 sublimationis ; separando primò aquam  
 igne.

igne leni, 2<sup>o</sup> aërem igne fortiori, & ultimò ignem sive oleum separa ex tota materia corporali, igne fortissimo, residuum verò in fundo vasis remanens est terra elementorum quam calcinare debes, & optimè dealbare & mundificare à facibus elementorum in ea relictis, & servare per se unumquodque elementum ea separando, scilicet in tempore separationis eorum. Et quia aër & ignis non sunt nisi ex Corpore putrefacto, ideo putare non debes eos separare nisi post putrefactionem. Humida verò debent primò corrumpi, & putrefieri antequam separentur, & tunc elementa fixa magis digesta & unita cum rebus spiritualibus per putrefactionem separabuntur spiritualiter in oleum & tincturam, & magis subtiliabuntur, & puriora efficiuntur, ita ut postea invicem fortius conjungantur. Et quoniam lapis abluui nec separari potest ex subtilitate subtili quam habet in continuitate argenti vivi, nisi prius patet ab ipsis continuitate per inhumationem discontinuentur: nam quando incipiunt per inhumationem discontinuari, tunc incipiunt putrefieri, & corrumpi, & ab

omnibus suis superfluitatibus separari, tunc quod occultum erat manifestatur. Ideo oportet eum à sordibus optimè depurari & mundificari, separando elementa & conjungendo ea, reiterando donec lapis sit purus & sine sorde & macula. Quamobrem dicit Hermes hujusmodi lapidis mundificationem fieri debere cum partium separatione: sic loquens; Separabis terram ab igne, subtile à spisso, suaviter cum magno ingenio: suaviter id est paulatim non per violentiam ignis, sed cum ingenio, scilicet in fimo philosophico, non in fimo vulgari intellecto, sed in tali calore. Nota, dissolves (quia dissolutio est partium separatio), scilicet terram ab igne, subtile, à spisso, scilicet faeces & mundities ab igne, aëre, & aqua, & à tota substantia lapidis, ita ut lapis remaneat ibi mundissimus & sine sorde. Et hæc est operatio per quam fumus ab aqua separatur, ab aëre verò nigredo, & à terra mora expellitur.

Cùm ergo habueris elementa pura, conjunge ea, & postea coagula, & talis lapis sine dubio liquefcet super laminam igneam, & secundùm meritum suæ liquefa-

quefactionis obtinebit ingressum per quem fiet alteratio; & nota quòd secundum speciem depurationis & digestionis diversas operatur: medicina igitur diligenter purgentur & digerantur, cum ipsarum sit supplere defectum depurationis, & digestionis in metallis.

*De separatione aquæ, quæ prima est separanda.*

**S**umat igitur terra quæ mater elementaris dicitur bene fortiter calcinata, & dealbata si sit ad album, aut rubificata si sit ad rubeum: quia utrumque opus simile est in operationibus; illa terra verò si sit alba in prædicto argento vivo albo, cum aliis suis elementis albis, dissolvi debet, tali proportionem ut sit ad modum pastæ inter mollem & duram. Et tamen pone in vase distillatorio, & infunde supratotum residuum liquoris albi. Simili modo de rubeo lapide. Et sic nos habere debemus duo genera fecum proportionabilium suis spiritibus: unum genus pro spiritibus albis, sive elementis albis, alterum verò, pro spiritibus aut elementis

H. 5.      rubeis.



## 178 *Philosophorum Magisterii*

rubeis. Et istæ duæ facies sunt terra alba ad album, & terra rubea ad rubeum : Cum istis enim facibus elementa separamus.

Cum igitur tota materia fuerit in vase distillationis posita, bene sigillare debes, & in balneo mariae primo aquam distillare debes igne leni regulariter continuato quousque totam aquam receperis : & in fundo vasis terra remanebit coagulata cum aëre & igne, hanc aquam scorsum serva in phiala bene sigillata.

Terram vero coagulata[m] recipe, & frange lapidem, & tere & desicca in pulverem tenuissimum in vase super cineres, & sic aërem separabis. Deinde ignem auge post triturationem residui, & igne continuato residuum aëris cum igne juncto separabis : & hunc ignem sub forma mercuriali scorsum serva, in phiala particulari bene sigillata.

Postea calcina fortiter facies, & iterum eas dissolve in aqua separata, & reitera sicut prius separationem elementorum in facibus remanentiam, & perge donec totam substantiam oleagineam habueris.

Et semper in fine cujuslibet distillationis

nīs aquæ quæ fit per balneum, separa aërem per cineres, & serva seorsum in phiala cum alio aëre, & sic de cæteris elementis.

Et sicut fecistis de albo, ita facere debetis de rubeo; tamen lapis albus fit ex suis elementis albis, & rubeus lapis ex rubois suis elementis.

*Quomodo Lapis Philosophorum se habeat ad Cælum, & de ejus assimilatione.*

**Q**ui verò veram Philosophiam Chymicam scit, totum cursum ac operationes naturæ in omnibus rebus intelligit. Et de unisquibusque speciebus quintam essentiam habere potest, semper naturam considerando, atque eam imitando, & de omnibus lapis Philosophorum fieri potest, tamen secundum speciei genus, scil. de vegetabilibus, lapis vegetalis, de animalibus, lapis ad animalia, de metallis, lapis ad metalla.

Sed cum hîc de lapide Philosophico sit sermo, demonstrare volumus, eum ad cælum referre. Quia verò præparatio hujus lapidis Philosophici est naturalis,

ideo in præparatione sua acquirit quandam æqualitatem, in qua tanquam in medio proportionato franguntur excellentiæ contrariorum : & cum removeatur ab eorum excellentiis, acquirit ad cælum quandam similitudinem æqualitatis : & quia virtus cœlestis est in calore digerenti, digerens ipsam calidum ut præparet materiam, ipsam removendo ab excellentiis extremorum donec similitudinem habeat ad cælum, cujus virtus est in ipsa : Ideo virtus movet intrinsecus, & informat motum ejus, & ignis movet materiam commotu quo movetur à virtute cœlesti : & quia virtus cœlestis est informativa, ideo trahit materiam ad cœli æqualitatem.

Recommenda igitur memoriz omnes eorum nobiles digestiones quas invicem faciunt, quia tu scis quod per calcinationis atque reductionis modum fulgor & pondus augmentatur, quæ omnia sunt & observantur in prædictis separationibus elementorum lapidis. Nam tunc elementa aquea acquirunt majorem similitudinem à natura in digestionem cum sua parte fixa, & è converso pars fixa cum non fixa, & per consequens vicinioris complexionem:

plexionem :- quia tunc expoliantur omnibus qualitatibus contrariis, & fiunt sibi similes : & ideo cum habeant in se virtutem coelestem lapidificativam ad formam lapidis Philosophorum & auri, hac ratione propter affinitatem & convenientiam quam habent invicem, coagulantur in lapidem fusibilem metallinum sine separatione in æternum post eorum debitam conjunctionem, & perfectam separationem ab omni re corrumpente.

*De similitudine affinitatis quam lapis  
acquiri in se per exemplum  
ad animalia.*

**H**oc autem expressè potest videri inde nutritibili & nutrimento videlicet animalium, in quibus realiter demonstratur quòd. quantò nutrimentum similis est ei quod nutritur, tantò efficacius nutrit & citius convertitur in ipsum.

Hoc autè simile in philosophicis transmutationibus assumimus, quia unumquodque desiderat suæ complexionis simile. Causa vero

to ejus quod talia melius nutriunt & multiplicant est, quod habentium symbolum, affinitatem & amicitiam in materia & virtutibus & proprietatibus, ac aliis potentiis naturalibus, facilius est transitus ad invicem, sicut patet in coagulationibus hujus artis, licet enim argentum vivum cum quo operamur sit in principio dissimile, partim in materia, partim in qualitatibus, ad ultimum tamen per sui corruptionem fit simile, & quanto est similis tanto nutrimentum efficitur convenientius lapidi in quem debet converti & transmutari, ac permixtionibus, & unibilis est cum substantia lapidis fixa.

Digeratur ergo bene ut acquirat lapidis similitudinem per puritatem & simplicitatem, & per hoc fiat firma conjunctio, quia omnis mixtio fit ratione similitudinis quam acquirit in digestionem in natura, quamvis in principio fuerint diversa.

Sicut ergo alimentum non potest converti in simplex, nec anima per spiritum à corpore trahi nisi mediante sua digestionem, quod est clavis philosophiæ. Nam res dum magis appropinquat simplici, magis est perfecta, &  
ideo

**Alto.** scias quod nisi putridum fuerit, ad arcanum nemo pervenire poterit, & jam diximus modum putrefaciendi supra.

## *Aurum potabile.*

*De Confectione elixiris ad vitam hominis conservandam, in preparatione gradus secundi.*

**D**ignitas autem creaturæ humanæ cujus beneficia totalia sunt adinventæ, & eidem subdita, exigit sibi præponi servitium, ut si supervenientibus languoribus constringatur, medullam cœlestem inveniat per quam ab omnibus malis liberetur.

Hac igitur intentione, confectio gloriosissimæ aquæ potabilis ad vitam hominis conservandam præcedit elixiris confectionem & per consequens transmutationem siue metallorum curationem, & talem ordinem naturæ sequi nobis congruum esse videtur.

**Recipe** Elementa rubea superius separatim extracta, & circula unumquodque  
ele

184 *Philosophorum Magisterii*  
elementum super terram optimè calcina-  
tam, sic ordinando.

Accipe primò aquam rubeam ex aliis  
elementis extractam, & de illa terram  
irriga, scilicet terram rubeam, donec tota  
aqua terræ commixta, fuerit in pastam re-  
ducta, hanc pastam mollicia terendo &  
dissolvendo, ac iterando quousque totum  
sit ad modum argenti vivi purissimi & ful-  
gentissimi, deinde separa aquam à terra le-  
ni igne, & terram calcina, ac per se aquam  
distilla, & aquam purissimam habebis &  
rectificatam, magis dissolutivam ac ingres-  
sivam, animatam & optimè præparatam,  
quam diligenter serva.

Deinde accipe aërem rubeum & fac si-  
cut dixi de aqua, scilicet rigando terram  
rubeam aëre suo, dissolvendo, decoquen-  
do, & terendo donec totum sit in substan-  
tiam clarissimam reductum & impalpabi-  
lem, post igne leni separa aërem à terra  
sua, quam calcinabis post sicut prius di-  
ctum est, & aërem per se distilla, & opti-  
mè fuerit præparatus.

Postea recipe ignem five oleum lapi-  
dis, quod spissius est aliis elementis, &  
fac ut dictum est de aqua & aëre, & igne  
fortiori

Fortiori oleum separatum tinctura ejus citrinissima & aurea, ad modum auri vivi citrinissimi, quod optimè serva separatim sicut & alia elementa.

His peractis, Recipe unciam unam auri finissimi & dissolve in aqua prima animata & separata ut supra ad rubeum, & ita dissolve ut sit sicut argentum vivum purissimum, erit autem splendidissimum & sine macula. Separa autem totam humiditatem ex isto liquore per balneum, hanc aquam serva tanquam thesaurum pretiosissimum, quoniam est aqua prima extracta ad summum elixir conficiendum.

Ab hinc verò exsiccando materiam remanentem, augendo ignem, aërem cum oleo juncto separa, & continua ignem æqualem donec totum fuerit separatum, quod diligenter servare debes in phiala bene obturata, quoniam optimum est ad calcem corporum incrandam, postea calcina fortiter faeces, scilicet corpus rubeum quod remansit in fundo vasis donec sit pulvis rubeus sine tactu.

Postremò Recipe unciam unam de auro spiritali distillato, scilicet de oleo rubeo ut supra rectificato, & medietatem istius auri



auri vivi super calcem rubeam infunde, & statim invicem conjungentur, conjunctione inseparabili: deinde istam confectionem pone in quodam vasculo vitreo ad modum unius crucibuli & cum suo cooperculo sit bene clausum, post vas collocetur in inferiori camera furni existens super parvo tripode terreo bene cocto, ut calorem recipiat circumferentialiter ab igne superiori in secunda camera furni, & ibi per quatuor dies naturales existat.

Quarta verò die recipe illud; Invenies enim ipsum sicut lapidem sanguineum colore sanguinis, est scilicet sicut sanguis quasi combustus & propter fermentationem quam suscipit à calore suo occulto, videtur esse sicut massa dimidia parte aucta, & valde frangibilis & comminibilis in pulverem: comminue ergo ipsum ut sit pulvis tenuissimus & sine tactu, deinde infunde super ipsum alteram medietatem uncie auri spiritualis & vivi jam dicti, & pulvis citissime potabit totam ejus humiditatem, & erit pulvis humidus, coque hunc pulverem sicut supra fecisti in secunda camera furni, igne circumferentiali, & erit coloris rubicundissimi. O quam mirabiles vir-  
tutes

tutes in ista confectione pro sanitate humana restauranda, omnem enim ægritudinem cujuscunque conditionis sit, ab humana carne depellit, ipsamque in sua vivacitate conservat, & ab omni corruptione protegit, ita ut in consuetudine locutionis hujus de tribus ætatis prolongatur vita, motu caloris emanantis vel influentis suam similitudinem ab ejus permanenti essentia quinta. —

Recipe igitur pro sanitate humana de isto elixire ad quantitatem unius grani frumenti, & in quadam magna amphora vitrea, aqua fontis distillata semiplena pone, & super cineres calidos calefac, hoc certissimè dissolvetur in aquam auream intensa luce micantem; serva istam aquam in calore solis, quandiu erit in sui exaltatione, & phiala sit bene obturata: scias quòd ista aqua intra novem dies pervenit ab insipiditate ad dulcedinem meram & valde delectabilem naturæ humanæ propter digestionem quam substantia aquæ recepit à calore medicinæ immixtæ cum tota sui substantia ubique dilatata.

De ista aqua ad quantitatem unius cochlearis argentei, qualicunque modo volueris

lucris sive per se sive cum cibis ~~et~~ potibus, aut cum aliis liquoribus nutrientibus intermixta, da patientibus ægritudines & sanabuntur cujuscunque naturæ fuerint illi morbi; Et hoc est verum ~~et~~ potabile, aqua auri, pulvis humidus, fat mirabile faciens mirabilia, & ineffabilia in corporibus humanis, nam mirabiliter operatur contra maniam, epilepsiam, apoplexiam, cardialgiam, pforam & lepram. omne venenum necat, & omne corruptum mundat, iuventutem conservat, & senectutem retardat, omneque diminutum complet, & omne superfluum consumit, catarrhos guttosos, arthriticos, ischiadicos, & podagricos perfectissime curat, bilem atram & flavam, & phlegma purgat & mundificat, odorem bonum in ore & in toto corpore insensibiliter facit, mentem & sensum mirifice confortat, & acuit intellectum & rationem, visum & virtutem visus mirabiliter custodit & clarificat, omnem infectionem mundificat, & omne venenum æereum consumit, valet mirabiliter in epidemiam, consert ~~et~~ machum, dolores ventris curat, sedat ~~et~~ hepaticum & aqueum, calorem naturalem

ralem multiplicat & humiditatem radicalem conservat, & multa alia in renovationem humanæ naturæ facit.

Sed ut ista medicina alio modo uti possimus ad humana corpora sananda, Projice de isto pulvere ad quantitatem mediæ unius grani frumenti in dimidium vitruū aut plus lactis vaccini puri & recentis, & erit lac citrinissimum, da leprosis & certissime sic reprimetur lepra & totaliter annihilabitur, & patiens sanabitur, nempe demum conjugabitur & renovabitur, quod perfectæ signum est sanitatis. Senibus autem & illis qui patientur morbos de frigida causa, da cum bono vino subtili & odorifero, illis autem qui de calida causa patientur da cum aqua tepida, illis verò qui valde sunt debiles, & confortamento indigent administra cum bono succo carneo; Attendat hinc Medicus circumspexit ut cum liquoribus magis propinquis humanæ naturæ administretur hic pulvis: quia quanto magis confortabit naturam, tanto melius recipiet operationem bonam. Attendat etiam cujus saporis & substantiæ debeat esse medicina tanti ponderis.

De

*De Confectione olei aurei, & de præparatione in qua deportatur.*

**S**umanur quatuor uncie purissimæ manus christi bene præparati & confecti, & dissolvatur in bono spiritu vini rectificato, aut in aqua ardenti facta, & per alembicum elementata, postquam monstraverit signum combustionis: Cùmque verò prædicta confectio fuerit dissoluta, filtra istum liquorem quantò subtilius poteris, & in alia phiala munda impone sine facibus ullis: postea infunde de prædicto auro potabili sive pulvere usque ad quantitatem novem granorum, & ista aqua tingetur colore auri, citrinissimi, hanc totam aquam infunde in scutellam vitream bene mundam & permitte desiccari in aëre, desiccabitur enim facile propter aquæ æream levitatem; & in fundo remanebit substantia confectionis coagulata in lapidem citrinissimum, de quo lapide potest dari ad comedendum cuivis delectabiliter, sed prudenter & discretè uti debes ne pondus excedat, & in sanitate perfecta hominem conservabit; Et si  
vis

vis ut in oleum convertatur pone scutellam in declivi ita ut lapis sit in ra scutellam in una parte superiori in quodam loco frigido, more olei tartarei mediante frigido facti, & iste lapis dissolvetur in oleum citrinissimum, hoc oleum in phiala vitrea pone & serva tanquam pretiosissimum & thesaurum præstantissimum, quoniam consimiles effectus & operationes facit in hominis natura ad omnem ægritudinem expellendam, sicut dictum est de aqua potabili.

*De Confectione elixiris ad metalla curanda secundi gradus lapidis.*

**N**otare debet ingeniosus opifex quod ad metalla curanda medicina sumatur antequam fiat potabilis, quia medicina ad corpora humana sananda, & cum aquis vel potibus confecta & commixta, metalla transmutare nequit, vires ipsius medicinae extensæ sunt in rebus quæ de natura metallorum non sunt, & per consequens forma metallica ejus deperdita est. Et est notandum quod nullum elixir potest dari formam quam nō possidet cuiuscunque sit materia.

192 *Philosophorum Magisterii*  
*materia. Ista de causa Philosophi iubent*  
*semper formam metallicam servare pro*  
*metallorum transmutationibus, ita ut elixir*  
*semper remaneat sub forma & materia*  
*metallica, alioquin metallum non effice-*  
*retur.*

Recipe igitur de medicina in pulve-  
rem reducta, cum à camera furni fuerit ex-  
tracta, & projice pondus unum super qua-  
tuor auri fusi & totum medicina erit ad  
projiciendum super metalla imperfecta, &  
in pondere innumerabilia transmutabun-  
tur in solificium verum, tamen secun-  
dum propinquitatem ipsorum, quia me-  
talla à perfectione remotiora, non susci-  
pere possunt formam perfectionis tam  
subito, nec in tali quantitate quam pro-  
ximiora. Ideoque opifex huic operi in-  
cumbere debet cum magno ingenio &  
prudentiali.

Ad quod faciendum tria requiruntur,  
scilicet scire, posse, & perseverantia in  
operatione.

Ad primum sapientia & ingenium re-  
quiruntur. Ad secundum, divitiæ &  
expensæ necessariae sunt. Ad tertium, ma-  
gnus operatio & libertas arbitraria :  
hæc

hæc præ cæteris requiruntur, & verè hæc necessaria sunt ad istas medicinas inveniendas, scilicet pro sanitate humani corporis: & hoc fieri non potest nisi à ditissimo & potente, ac sciente vel scientiam habente cum virtute patientiæ, Testante etiam *Stephano de Castrogober* in Epistola quam misit ad *Innocentem Papam*, ut ex pluribus aliis Philosophis, sicut patet in eorum scriptis.

*De propinquiori affinitate maris & femina, ex quibus propinquioribus debet fieri generatio Lapidis majoris Philosophorum.*

**O**Mnis enim generatio fit ex convenientibus & proximis, verbi gratia, oportet ad hominem generandum ut generatio fiat ex duorum materialium conjunctione, quorum unum est masculinum, alterum foemininum, ita ut ista duo conveniant non solum in materia sed etiam in omnibus qualitatibus, scilicet agentibus & patientibus & aliis proprietatibus naturalibus. Non enim solum suffi-



Cit quodd masculus & fœmina conveniant in materia secundum genus & speciem, quia licet talis convenientia sit inter eos, verumtamen arcana naturalia quandoque non sunt aded temperata ut concipiant vel generent: quia igitur materia utriusque sexus in quibusdam discrepat vel discordat in qualitatibus activis & passivis, & quandoque magis in aliis quibusdam naturalibus proprietatibus vel per se vel per accidens: ideo nec generant nec concipiunt; propter hoc sæpius videmus sterilitatem inter virum & mulierem, quamvis simul conveniant in eadem materia secundum speciem humanam.

*A simili de lapide Philosophorum.*

**P**ari modo dicimus de lapidis Philosophorum generatione, scilicet debere fieri ex magis convenientibus & proximis secundum naturam. Licet enim omnia metalla conveniant in materia sua prima, cum omnia sint ex argento vivo, attamen multum discrepant in qualitatibus suis & virtutibus digestivis: si ergo nos volumus impurum & indigestum depurari & digeri,  
con-

considerare debemus gradus impuritatis  
& indigestionis illius corporis imperfecti,  
quod deducere intendimus ad perfectam  
puritatem & digestionem corporis perfecti  
vel lapidis Philosophorum, hoc est dictum  
quod in transmutatione metallorum sive  
in generatione lapidis Philosophorum ci-  
tius & perfectius debemus recipere illa  
corpora quæ magis per naturam repe-  
riuntur cocta, & digesta, & pura, quia quan-  
tò magis fuerint cocta per naturam & ad  
medium reducta, tantò minore & brevio-  
ri decoctione indigebunt per artem, & ci-  
tius & facilius invicem transmutabuntur  
in lapidem Philosophorum, quàm quæ ma-  
jori & longiori decoctione & digestionem  
indigebunt, quia corpora metallorum  
non sunt in uno gradu digestionis, sed  
quodlibet habet suum gradum, unde nul-  
lum eorum est tam propinquum ad ter-  
minum perfectæ decoctionis, in qua ma-  
teria suscipit formam lapidis & auri quàm  
argentum purum. Nec est aliquod eorum  
quod proprius ac velocius influat illam  
formam in materia sua quàm aurum. Si ergo  
ulterius continetur per artem amplior  
digestio super materiam ipsorum fiet elixir

perfectum tam ad album quam ad rubeum, citius & promptius ac brevius quam alia metalla minus cocta & digesta; Et hoc si ars fortissimo agente scilicet masculo taliter disponit, ut virtutes naturales digestionis praevaleant in materia sua: Et quanto magis materia passiva est ei in affinitate propinqua, tanto velocius recipit impressionem à suo agente & citius convertitur.

*Albertus* in libro suo de mineralibus dicit, non debere nos latere quod in omnibus metallorum corporibus quæ habent ex se invicem circulares generationes, facilior est transmutatio illorum quæ in pluribus habent convenientiam; Unde in scientia Perigen eorum determinatè dicitur, quod illa quæ majorem affinitatem habent ad invicem in materia & virtutibus digestivis & aliis potentiis naturalibus, facilius invicem transmutantur, ut *Sol*, & *Luna*, ita ut quodlibet eorum in reliquum transmutetur.

Cum igitur Solem & Lunam sciamus esse in complexione propinqua, sicut inter masculum & foeminam ad generandum lapidem Philosophorum; ideo ex illis generabitur

nerabitur lapis. Quid autem Lunam habeat ad Solem propinquam complexionem, patet per Geberum dicentem in sua summa in examinibus, cum enim luna à solis natura non distet multa differentia, paucò administrationis modo in iudicio cum illo quiescit, vicinissimam autem complexionem ad ipsam habet.

Item dicit Rasis quòd luna inter alia corpora à perfectione diminuta, magis approximatur compositioni auri in proportionem qualitatum constituentium compositionem quàm alia; propter quod cum sit vicina auro, licet non attingat proportionem ejus, levi tamen artificio & medicamine modico sanatur & purgatur, & cum hoc, argenti solâ tincturâ fixâ incolumitas restauratur.

Similiter *Orchelanus* dicit, ista duo corpora fore necessario conjungenda ad album & ad rubeum lapidem simul & semel successivè generandum, eò quòd luna temperatiores qualitates & perfectiores, & propinquiores habet in fixatione & complexione fixa lapidis Philosophorum ad aurum, & etiam decoctione quàm ali-

quod aliorum metallorum, & quàm etiam  
argentum vivum.

Nam sicut oportet album corpus in ru-  
beum transmutari per decoctionem quæ  
est supra argentum per rubrum, sic oportet  
prius corpus rubeum in album trans-  
mutari reinerudatione quadam; quæ est  
subtus aurum per album, & illud ideo;  
quoniam oportet ut albus lapis mate-  
rialiter conveniat cum auri natura, ut  
promptius recipiat tincturam ejus in affi-  
nitate magis propinqua, quod est impos-  
sibile nisi invicem conjungantur, & ut  
habeamus materiam promptam ad lique-  
factionem, quia nostrum finale secre-  
tum est, habere medicinam quæ liquefiat  
ante fugam mercurii vivi, & hoc est im-  
possibile fieri in tam brevissimo tem-  
pore absque Solis & Lunæ invicem con-  
junctione.

*Hermes* dicit quod pasta nulla sive sit  
ad album sive ad rubeum fermentari pos-  
sit sine auro, & quod aurum est fermen-  
tum ad album & ad rubeum; dicit etiam  
quod fermentum dealbat confectionem,  
inhibet combustionem, tincturam continet  
ne fugiat, corporale vivificat & se invi-  
cem.

cem ingredi facit & conjungi, quod finis est operum, & propter ejus scientiam corpora emendantur & eorum opus, Domino iuvante, peragitur, & est fermentum massæ & lactis coagulum, & moscus in aromatibus.

Item *Moriemus* dicit quod corpora nunquam perficientur, quousque Sol & Luna in unum corpus juncta projiciantur super ipsa: Ergo insimul sunt conjungenda ad generandum lapidem magnum Philosophorum.

*Albubaly* dicit quod Soli & Lunæ propinquæ est nostra Philosophia, licet enim in generatione lapidis, aurum & argentum conveniunt in complexionis genere, differunt tamen in mensuris suarum qualitatum: Nam aurum calidius est argento, argentum verò humidius est auro.

Si verò Sol sicut masculus esset solus cum argento vivo volatili per se in generatione, impediretur generatio ex insufficientia materiæ passivæ sibi proximæ, quæ in ipso solo argento vivo nullo modo poterat contineri propter nimiam distantiam quæ est inter ipsa duo, & multam elongationem primarum qualitatum quæ

## 200 *Philosophorum Magisterii*

sunt in argento vivo multum contraria-  
rum complexioni auri: nec etiam in ipso  
auro propter insufficientiam alterius ma-  
teriae passivæ sibi magis propinquæ in  
contrariis qualitatibus quæ sibi ad gene-  
rationem propinquis exiguntur: Et ideo  
in alio sexu qui propinquior sit in tempe-  
ramento calidi & frigidi; Oportuit enim  
ut corpus lunare cujus calx cum suo  
sanguine menstruali, in argento vivo al-  
bo, vel ut materia prima passiva & suscep-  
tiva esset in prædicta generatione, & ut  
in illa materia essent duæ qualitates aptæ  
ad receptaculum viæ turarum, frigidum  
scilicet, non excellens, sed complexionale,  
& humidum materiale, & hoc est ar-  
gentum ad primam materiam reductum.  
Sed cum materia passiva etiam non sit  
formativa in generando lapidem, oportet  
habere instrumenta artificiosa formationi  
activæ congruentia, & hæc sunt calidum  
bene movens & siccum bene penetrans, &  
quando istæ qualitates duæ activæ vincunt  
in aliquo, tunc frigidum non potest vince-  
re calidum bene movens formas, cum non  
sit ipsum superans, sed complexionale, &  
humidum bene recipiens cum sit ei pro-  
portionale.

portionale & non superans : Calx verò argenti est insufficiens ad permiscendum se ipsam cum suo humido & per consequens ad terminandum ipsum in lapidem , nisi cum adjutorio calcis rubee , & sic calx rubea est sicut dator primæ formæ lapidis Philosophorum ad album per actum mixtionis naturalis se habentis ad actum generationis , & materia lunæ est sicut recipiens. Et sicut materia lunæ est approximata ad naturam primam, eget forma & lumine Solis secundum gradum suæ propinquitatis ; sic forma solis scil. tinctura soluta in aqua rubea eget materia lunæ de prima natura sibi magis in propinqua complexione. Unde patet quòd sicut sunt gradus formarum & figurarum in ordine naturali , sic etiam sunt gradus materialium retinentium eas ; quare intelligendum est quòd proprio activo debetur proprium passivum, & è converso , ad generationem faciendam.



*De arte hominem generante.*

**L**icet autem supra dixerimus artem generare hominem, hoc non intelligas nisi dispositione, spermata quidem humana artificialiter nemo perficere potest, sed hominem disponere ad sui productivam generationem utique per artem valeamus. Nam semina vitalia solum à natura vegetabiliter in lumbis utriusque parentis digeruntur, & à cibis & potibus artificialiter dispositis educuntur, quæ postea per coitum in vasis naturalibus commisceamus, cui coitus & administratio cibi & potus dicuntur tanquam ars disponens fercula ad generationem seminum, & inde semina ad conjunctionem pro homine generando, exempli causâ in hominis natura semen virile tanquam maturius, digestius, & perfectius, ac activius conjungitur artificialiter cum semine feminino immaturiori, scilicet cum passivo.

Primum enim semen magis actu in se continet elementa agentia, ut sunt ær & ignis, & ideo est activius ad digerendum & subiliandum elementa passiva. Secundum

dam verò semen est in actu magis continens elementa indigestiora & passiva, sed digerenda, ut sunt terra & aqua. Et idcirco ex eis in vasis naturalibus effusis, & permixtis, nullo alio sibi addito, calore tamen extrinseco mulieris excitante, & coadiuvante intrinsecum calorem proportionalem seminis virilis, & activa in eo, elementa existentia ad digerendum & maturandum semen foemininum, producitur homo perfectus in natura.

*¶ Simili de-generatione lapidis Philosophorum & de vase naturali.*

**S**ic pari modo procedendum est in arte hac mirifica, non quòd intelligere debeas lapidem posse per hominem generari, nec nos posse facere aurum, nec materiam primam auri vel argenti, nec aurum vel argentum reducere ad eorum primam materiam, quæ sunt sicut spermata ut semina in affinitate propinqua ad lapidem Philosophorum generandum: facit autem omnia hæc natura sapiens, artis tamen dispositione mediante, nos enim administratores ejus sumus. *Arts quidem fa-*

*I 6 cile*

cilè potest naturam disponere ad reducendum aurum & argentum in eorum materiam primam, per actum generationis & corruptionis, scilicet digestibiliter & putrefactivè, quæ postea per artem disponuntur ad debitam eorum conjunctionem pro lapide generando.

Hujus autem exempli ratio sic apparet. Materia prima auri scilicet calx ejus tanquam maturior & digestior, perfectior & activior conjungitur artificialiter cum materia prima argenti scilicet calce alba immaturiori & passiva, & hoc cum dispositione sagaci, sicut experimentatur noscēs intrinsecas naturas & proportionales in initio operis habet proportionare; & per medium conjungendi, quod est alba aqua, miscentur per minima, sulphur verò rubrum tanquam crassior pars ignis calcinati, in se continet elementa agentia scilicet aërem & ignem, & ideo activius est ad digerendum & acutius ad penetrandum & subtiliandum elementa passiva.

Secunda verò materia prima est actualiter magis continens elementa indigestiora & passiva sed digerenda, ut sunt

terra

terra & aqua, & iis duabus in vase suo naturali scilicet in terra alba quæ dicitur mater & locus generationis effusis & permixtis, nullo alio sibi addito, præter calorem exteriorem, excitantem & coadiuvantem intrinsecum calorem proportionalem sulphuris rubei, & activa in eo Elementa existentia ad digerendum & maturandum semen foemininum, scilicet mercurium album, producitur lapis Philosophorum perfectus ad album.

Ex quibus patet quòd huiusmodi generatio fit tantum ex duobus, scilicet ex sulphure & argento vivo.

Terra verò est sicut vas generationis influens suam caliditatem & siccitatem materiæ primæ passivæ, scilicet argento vivo albo; & calor sulphuris penetrans partes argenti vivi, digerit & coadunat humidum cum sicco, & superfluum humidum exhalat, & residuum terminat ad formam Philosophorum lapidis.

Et quia sulphur rubeum quòd est occultum in argento vivo non potuit vincere ipsum argentum vivum, hac de causa coloratur albo colore candidissimo, & sic rubedo occultatur in albedine: & hic est lapis

lapis Philosophorum ad album ex sulphure & argento procreatus, terra igitur est mater lapidis, tanquam præstans alimentum, & sulphur pater digerens, & coagulans materiam humidam, & ipsam terminans ad formam lapidis, ex quibus pater quid sit vas & quid locus generationis lapidis, cum oporteat ipsum lapidem qualificare talibus qualitatibus, & locus generationis est qualificatus: & quia terra lapidis est vehementer calida & sicca, oportet ideo ut lapis contrahat ad se similes qualitates tanquam à loco suæ generationis scilicet caliditatem & siccitatem.

*Haly* sic ait, Naturæ lapidis debet inesse caliditas multa & siccitas multa cum temperamento. Omne enim generatum naturaliter participat de qualitatibus loci suæ generationis, & ideo totalis terra est in parte sicut generans lapidem in quantum est generatione conferens ad qualificandum scilicet materiam lapidis. Hac de causa Arnaldus dicit in suo speculo, generantia verò sunt locus & individuum speciei: Omnis enim locus est sicut continens, & per consequens vas generationis.

**Vide**

Vide enim quod *Marienus* dicit de isto vase, sic inquit: Si de dispositione & qualitatibus huius vasis, Philosophi qui hactenus fuerunt, notitiam non habuissent, nunquam ad perfectionem magisterii pervenissent. Et postea subdit, Et jam dixi tibi quod non multum distat à generatione hominis, per hoc significans quod vas debet esse de conferenti materia rei generandæ, sicut matrix est in animalibus, ut dicit *Haly*.

Ipse *Haly* enim dicit in libro de secretis secretorum suorum, Oportet enim scire & cognoscere gradum vasis operis quod est radix operis & principium magisterii & est rei tanquam matrix in animalibus quæ in ea generantur, & generationem capiunt & pariter nutriuntur. Nisi res magisterii inveniat locum idoneum destruetur factum, & tota compositio, & sic operarius quæsitum non inveniet, nec ipsa res prodibit in effectum generationis, quia non invenit causam generationis sive radicem.

Hoc igitur est vas nostrum & locus generationis lapidis nostri sicut est terra mineralibus, & plantis. Unde dicit *Porphyrius*,

## 208 *Philosophorum Magisterii*

physicus, manivit natura naturans locatèr-  
ræ virtutibus ut sigillentur &c. Hæc au-  
tem dixi, ut scias non esse nisi unum vas  
naturale & locum generationis lapidis  
secundum naturam, quæ dicuntur terra  
elementalis in qua elementa transmu-  
tantur.

Et ideo dicit *Reg. Baco.* quod corpus  
calcinatum est mundum, & patitur ignem  
sine fœtore, & hoc magnum secretum  
Dei Gloriosi. Pareat mihi Deus quia jam  
vas naturæ revelavi, quoniam bono &  
bonis feci & non aliter; & est secretum  
secretorum, quoniam isto secreto, quan-  
do bene & justè scitur, poterit homo  
pervenire ad omne genus secretorum, &  
lapidem Philosophorum omnem compo-  
nere.

Calx igitur est universale fundamentum  
totius & principalis porta, atque princi-  
pium per quod medium & finis habentur,  
& hoc de medulla extrahi Philosophiæ  
occultæ.

Per hoc patet veritas Philosophorum  
dicentium lapidem suum constare ex qua-  
tuor elementis, scilicet ex terra quæ est  
sicut vas transmutationis aliorum ele-  
men-

mentorum & ex aqua, aëre, & igne, tam ad album quàm ad rubrum, & in unumquodque ipsorum inierant perfectè quatuor elementa.

*De proprietatibus materia & forma.*

**C**um autem oporteat facere de materia formam, oportet priùs scire quæ sint proprietates formæ, quia materia & forma sunt principia omnis rei substantialis, aut corporalis, ut dicitur in libro de unitate. Sed nihil vilius in mundo quàm materia, quia semper fluit ad corruptionem nisi forma superveniens præservet eam à fluxu, & est semper contraria unitati, & rei dissimili, ut ibidem habetur :: & semper subiacet corruptioni & mutabilitati, Et resistit formæ, & causat difformitatem in forma & est causa imperfectionis, & corruptionis, sicut patet in corporibus imperfectis, quæ magis subiacent corruptioni quàm perfecta.

In illis ergo in quibus inest magis de materia quàm de forma maior inest

cor.



corruptio , & per consequens tardiùs convertuntur in formam , & tardiùs recipiunt formam elixiris : è contrà verò in quibus inest magis de forma quàm de materia , in illis minor corruptio existit & major perdurabilitas , & citiùs convertuntur in formam propter convenientiam quam habent ad illam , & promptiùs formam elixiris recipiunt sicuti sunt Sol & Luna.

In Sole verò ferè nihil est de materia , quoniam tota illius materia est forma substantialis quinta , & ideo non indiget purificatione sicut alia corpora , sed solum subtiliatione propter actualitatem recipiendam : Impuræ verò materiales quæ à sua prima dissolutione procedunt , non proveniunt ex eo , sed à natura sui dissolventis magis proveniunt.

In Luna verò est secundùm quid de materia , & ideo secundùm quid subjacet majori corruptioni quàm Sol , sicut patet experimento , quoniam sulphura ipsius corrumpunt aurum aut non. Verumtamen citiùs recipit formam perfectivam & citiùs convertitur in illam , quàm cætera corpora à natura coeli magis remota.

Ideo.

Ideo Philosophi elegerunt totam ejus substantiam pro materia foeminina & passiva: Solem verò pro materia masculina & activa quia est magis formalis.

Modus autem approximationis materiae passivae ad formam Solis fit per sublimationem & conversionem ejus in spiritum, oportet enim ut duo concurrant ad conjunctionem materiae & formae, scilicet appetitus ex parte materiae ad formam recipiendam, & actualitas formae ad imprimendam seipsam in materia.

Causa verò appetitus materiae passivae est gradus propinquitatis & vicinitatis ejus ad ipsam formam, & causa propinquitatis est sublimatio suae substantiae & conversio ejus in spiritum. Hoc enim modo materia passiva resumit & acquirit suum appetitum & approximationem puritatis & simplicitatis suae ad formam sui activi, qua perficitur in esse medicinae.

Quantò verò materia passiva magis sublimatur & convertitur in spiritum, tantò in natura sublimior & subtilior est; & quantò sublimior & subtilior est, tantò ad formam

formam suscipiendam est habilior: Quando verò est compactior & terrestrior & à natura Cœli remotior, tantò ad susceptionem impressionum formalium est debilior.

Fac ergo materiam ascendere ad altior-  
rem gradum, ut formam perfectivam auri appetat, qua perficietur protinus in auri medicina, & sic receptaculum idoneum spermatis auri ut suæ tincturæ, sicut enim in omni generatione naturali, oportet spermatis receptaculum idoneum esse, cum quadam consonantia similitudinis ad patrem: Ita in ista generatione artificiali oportet ut Sol habeat sui spermatis & suæ tincturæ receptaculum idoneum & sibi consonans, & illud argentum non in natura sua, sed ut simpliciatum, & ad primam materiam reductum, & idcirco sequitur quod materia sua passiva est luna, id est mater approximata ad naturam quintæ essentiæ recipiendam per suos subtilissimos perfectionis gradus. Secundum verò exigentiam formæ quæ est imprimenda materię, oportet materiam præparare cum subtiliatione & sublimatione Philosophica, ut si de materia terræ albæ debeat fieri ignis rubeus, oportet ut prius subtilie-

tur

tur & simplicior fiat: & tunc istam materiam sic præparatam conjunge cum forma sua quæ est aurum, velut cum activo masculino eodem modo præparato, ut fiat prius lapis albus, & postea rubens: Nullum corpus album recipit animam promptius seu tincturam quam illud quod præparatum est ab anima, scilicet à crassitie ignis lapidis, quia secundum gradualitatem materiæ imprimenda est forma. Videbis tunc omnes formas elementorum esse congregatas in illa materia propter virtutem quam acquirit ex appetitu materiæ ad ipsam, quoniam ex rubedine videbis formam ignis; & ex diaphaneitate, formam aquæ; & ex luciditate formam aëris; & ex substantia actuali formam terræ.

*De forma & ejus conditionibus vel proprietatibus.*

**F**orma verò secundum Arist. in lib. de quinque substantiis, est quasi lumen tribuens pulchritudinem essentialem, & signum formæ sive lumen materiæ: Quod quidem lumen infusum in materiam, descendendo fit debile & obscurum secundum

dum capacitatem materiæ.

Nota ergo gradum materiale, ita ut materia sit bene disposita secundum gradus formæ quam recipere debet, quia quanto magis materia præparatur, tanto magis forma fulget in ipsa: & quanto minus, minus; hæc forma verò est ex substantia quinta quæ adveniens materiæ perficit eam & cum ea convenit ad ipsius perfectionem, qua composita elixir componitur, & qua destructa nihil de substantia elixiris invenitur. Et hoc patet in operibus sophisticorum extraneis omnino naturæ.

Præterea forma cum materia est causa omnium accidentium & omnium colorum forma verò accidentalis non perficit materiam, neque illam conservat in esse, sicut colligitur ex 8. Metaph. Notandum est ergo de coloribus accidentalibus qui non remanent in effectu, sed quælibet forma actualis indiget forma substantiali, sicut masculus indiget fœmina secundum capacitatem materiæ quæ est causa formæ actualis, & quia omnis forma simplicior est, actualior, & nobilior materiâ, ideo concluditur & secundum Arist. lib. de animali,

animali, quòd ipsa se habet per modum viri quia sua actualitate potest informare multas materias, sicut masculus fecundare foeminas, sed secundum exigentiam nobilitatis formæ, quæ est imprimenda materiæ, oportet materiam disponi & præparari sicut dictum est: quia aliter formam non reciperet propter sui inhabilitatem.

Per istam doctrinam demonstratur quare mercurius primò est sublimandus, sive in communi sive in speciali, id est tam pro medicina universali, quàm pro particulari, aliàs non reciperet formam elixiris absque præcedenti præparatione, quia præparatio ipsius est quædam habilitatio ad formam suscipiendam.

Quantò verò ipsa materia est magis crassa & impura, ignobilis & obscura, tantò à nobilitate formæ est ampliùs remota. Approprianda ergo est materia electa & propinqua cum præparatione ut propinquior sit ad retinendam animam: Præterea dicitur quòd corpus non retinet animam, nisi priùs fuerit præparatum. Ipsius ergo præparatio est approximatio ad formam, & ejus approximatio est subtiliatio suæ  
sub

Substantiæ, reducendo in spiritum. Isto modo separatur à conditionibus materiæ. Quantò verò forma substantialis magis separatur à materia & abstrahitur per gradus separationis, tantò nobilior & spiritalior fit, actualior, & virtuosior, sicut patet intelligenti.

Quantò verò vicinior est primæ causæ, tantò est multiplicior in virtutibus nobilibus & potentiis naturalibus.

Subtilia ergo materiam metallorum per gradus dignos caloris digerentis in quo est virtus cœlestis, quia talis calor remouet materiam scilicet formam substantialem ab excellentia contrariorum. Et quando removetur à talibus contrariis, tunc acquirit quandam similitudinem æqualitatis ad cœlum, approximando seipsam ad naturam quintæ essentiæ, & hoc est sublimare, scilicet præparare materiam, removendo eam à suis contrariis donec similitudinem æqualitatis habeat ad cœlum, & sit de natura quintæ essentiæ quæ totaliter omne animal præservat à corruptione.

Quando igitur forma substantialis materiæ passivæ est à suis contrariis separata & in viribus appropriata, virtutibus scilicet

Cœ-

Substantia multiplicata, tunc conjungitur ei forma activa, ut sibi imprimat formam suam, & fiat substantialis forma in compositione & essentia elixiris.

Cum igitur materia posita in gradu quo recepit perfectionem adhuc remaneat ut quid incompletum, appetit perfici & compleri. Ex quibus debet colligere bonæ mentis artifex, talem appetitum non habere alia corpora metallorum ad recipiendum formam auri, propter nimiam distantiam & contrarietatem quam habent ad ipsum, nec etiam materiam fossilis talem appetitum habere diffundendi aut multiplicandi tincturam in sua propria substantia activa cum jam sit res completa de se, formata, & impassibilis, propterea nec se ipsum multiplicat in tinctura, sed multiplicans & generans in alia materia scilicet passiva, quæ secundum naturalem instinctum est appetens formam ejus. Et hoc iterum est argentum sub artificiali preparatione appropriatum ad formam ejus requirendam, & quod patiens est ab ipsa præsentia sua digestionis absque fuga.

Ideo oportet ut perficiatur in materia

K sub-



218 *Philosophorum Magisterii*

substantia cum ipsa materia sit sit ipsa  
substantia totius, & ipsa tota substantia  
sit materia totius, ut puta ex partibus ar-  
genti finissimi resolui producta, sicut  
omnia metalla substantialiter ex argento  
vivo producuntur.

Et nota quod cum in lapide Philosopho-  
rum oporteat generare colorem rubeum  
citrinum, oportet cum generatore  
partibus auri resolutis in aquam rubeam  
mercurialem, tingentibus & colorantibus  
partes argenti finissimi similes resolutas  
in aquam albam mercurialem, & postea  
deficcatas & terminatas in sulphur al-  
bum: Nam oportet ut terreum sperma-  
tis feminini sit valde purum & album &  
femine humidum viscosum, ipse terminus  
mixtura ad fixationem appropriata  
non possit ea separare ab  
ignem ad combustionem: Ideo oportet  
ut ista partes sint de natura argenti pur-  
issimi, & combustionem praeservari plus  
quam argentum vivum accidentale, &  
propinquius fixationis, atque perfectio-  
nis ad aurum quam argentum vivum di-  
ctum.

Dicit enim Albertus 3. mineralium quod  
color

calor citrinus causatur ex sulphure sub-  
 bre colorante humidum viscosum incan-  
 bastibile prius rejunatum in alburnifica-  
 oem: Calidum enim sulphuris mibi ac-  
 ti fortiter decoquens humidum persistens  
 albo subtili & puro admixtum, & ad fix-  
 nationem approximatum, convertit ipsum  
 in colorem citrinum vel rubeum eodem  
 calor digerens agit fortiter actionem in  
 ipsum per calorem exteriorem fortiter ex-  
 citans, ite modo in materia magis pro-  
 priqua diffunditur & causatur color pa-  
 ris & vetus citrinus rubeus à forma activi-  
 va, sine partes viscosas rubicundissimas  
 subtilissimas atque fixas existentes in aqua  
 rubea cum partibus albis subtiliatis &  
 immixtis ac per minima unitis, & inse-  
 parabilibus conjunctis, permiscendo &  
 conglutinando. Et sic completur dictum  
 Philosophorum insinuantium quod spu-  
 rum itaque coadunatur cum radiis so-  
 lis luce, cum enim calor existens in ipsis  
 sit invicem commixtis non ea ab invicem  
 separare potest ad combustionem, sed dige-  
 rit & alterat colorem eorum in citrinum  
 splendidum vel rubeum.

Oportet igitur prius taliter curare ut

humidum viscosum ligetur cum sicco, ut à præsentia talis digestionis non recedat, sed fortissima connexionem commisceatur, tingatur, & figatur ac coloretur: Et hoc est quod Philosophi dicunt, quod quando magnesia dealbatur non permittit spiritum humidum fugere, quia tunc naturam naturam continet: in albo ergo colore corpus & spiritus sunt verè conjuncti. Ideo utique in lapide Philosophico caufatur ex humido terminato & deducto ad terminum perfectæ decoctionis, tam à calore paucissimi sulphuris quam ætiam à terrestri loco & subtili & digesto, & quia argentum vivum est vincens sulphur, ideo colore suo coloratur, hoc enim albidissimum est sicut patet in calce. Et quantò plus aquosum viscosum est purius, subtilius & densius, tantò lapis est nitidior, quæ nitior & fulgor erit ex aqueo viscoso subtiliter terminato & condensato à sicco terreo dealbato & subtili, & digesto; perspicuum enim quod causatur ex humido viscoso subtili condensato nitet & fulget sicut patet in sui positione, quando super corticem jam confricatur. Nam perspicuum clarum & purum, illud est viscosum in-

spissatum

spissatum, & coagulatum habens ful-  
gorem qui incorporatus colori, & ideo  
ipso condensato, sique polio, nitet, &  
fulget: eo quod densitas ejus siue spif-  
situdō retinet lumen, quod per metas ejus  
nata est recipere sicut potentia proprium  
actum recipit.

Ita etiam dicit quod color citrinus per  
artificium maxime causatur ex corporibus  
sublimariis & subtilissimis a sulphure auri: &  
hoc dicitur propter differentiam magnam  
quae est inter argentum vivum accidenta-  
le & aurum, & magnam distantiam, sed  
mediana inter ista duo est argentum pu-  
rissimum preparatum, quoniam nullo mo-  
do argentum vivum accidentale potest  
fieri substantiale tam approximatione pro-  
pria: fusionis ad formam substantialem  
nisi per argentum, nec etiam potest in ar-  
gentum converti cum fixari non possit nisi  
per argentum. Ergo argentum erit me-  
diana per quod argentum vivum conver-  
tetur in aurum, quia non est transitus de  
extremo ad extremum, sicut nec de con-  
trario in contrarium nisi per medium.  
Mediana igitur inter argentum vivum ac-  
cidentalē & aurum ad generandum vel

proctecandum lapidem Philotophorum, est  
argentum purum prius preparatum & per  
artificium subleiatum.

*De propinquioribus Principiis ex quibus  
lapis Philosophicus generatur, &  
quomodo intelligi debent.*

**D**icimus igitur quod principia nostra  
sunt quibus generatur lapis Philo-  
sophicus tam ad album quam ad rubrum  
non solum autem nec argenteum, nec ar-  
gentum vivum clarè significando prout  
quodlibet eorum est in sua natura, sed  
prout sunt conversa in sua propria semina  
per artificium nostrum: Nam semen dicitur  
omne id quod potest esse immediatum  
principium rei generandæ.  
Predictorum eorum semina ad Philo-  
sophicum lapidem generandum sunt duo  
argēta viva, quorum unus est ad album, &  
alterum est ad rubrum lapidem compo-  
nendum cum omnibus suis partibus suis,  
ita ut non possint amplius dividi, v.g. ar-  
gentum vivum quod est aqua alba cum sua  
terra sive calce, & terra rubra, dicuntur  
pro-

proxima principia ad album lapidem componendum. Et illud quod generatur postea ex sulphure albo, & aqua rubea sive argentum vivum rubeum dicuntur principia propinqua ex quibus generatur immediate lapis rubeus ad aurum. Et sic ex convenientibus dissolutis ad constitutionem lapidis tam ad album quam ad rubeum generatio contingit, propterea dicitur pansperma à ~~græc.~~ quod totum est, & sperma quod est semen, quasi totale semen, quia ex omnibus partibus ejus debet fieri generatio.

Si igitur circa principia hujus artis consideras generationem ovi & capræ, & aliorum similium quæ ex partibus sese invicem continentibus composita sunt, ad lapidem hoc referendo, videbis generationem hujusmodi partium simul incipere, & uniuscujusque partis partium similiter.

Modus enim omnis generationis & corruptionis est quod aqua quantumcunque pura & subtilis, anophis subtiliari potest & propinquior fieri naturæ ac substantiæ aëris, sic & aqua de qua

summum elixir fuisse generatum dicimus, subtiliatione ac depuratione ampliori præparanda est, ut formam magni lapidis Philosophorum suscipiat; magis enim subtilis & magis depurata aqua medium est inter ipsam, secundum naturalem puritatem & nobilitatem formæ cœlestis, & generaliter omne propinquius alterius extremorum, via quædam est, & medium ad transeundum ab altero in alterum. Nec debēs opinari quod alia virtus sit præparans aquas nostras, mediante tamen artificis industria, ad hoc ut formam lapidis majoris suscipiant quoniam natura per artem jussu Dei adjuta nobis tribuit, idcirco materia lapidis formis aqueis indiget denudari ut formam lapidis tam longè distantem ab illis recipiat.

Hæc autem denudatio fit in tempore & non in instanti, & hæc per putrefactionem, hoc modo quidem vires materiæ argenti vivi præparari possunt, unde facienda est generatio, & fugandæ ab ea dispositiones contrariæ sive repugnantes formis cœlestibus quibus supervestienda est, & introducenda perfectio

in ipsam verum formam (cujus impressio est generatio, & quæ nihil aliud est quam natura activa, sed cujus generatio est creatio) non est alius dator quam creator illius scilicet Deus.

Ex quibus concludimus quod in illis quæ majorem affinitatem habent inter se in materia argenti vivi magis depurari & subtiliari, digesti atque passi, & in virtutibus & proprietatibus, ac aliis potentis naturalibus, facilior & promptior transmutatio efficitur. Et quia aurum purissimum & argentum purissimum sunt hujusmodi, ideo in illorum substantia cum sit indissipabilis, & in igne incombustibilis, possunt multiplicari virtutes naturales in suis proprietatibus, quibus postea digestionem, cætera metalla perfectione diminuta perficiuntur, & deducuntur ad perfectionem perfectorum.

Cumque igitur aurum solutum sit sulphur nostrum, & argentum purum subtilatum sit arsenicum nostrum quibus fit transmutatio vera omnium aliorum metallorum, dixerunt ideo Philosophi, quod in fovea auri, scilicet in luna tantum crescunt gradus tincturae, quod facere est



ultimum opus sapientiæ nostræ. Propterea, in Sole & Luna totum magisterium consistit & non in aliis de servis fusibilibus.

Ideo dicuntur lapides honorati, quia in ipsis est omnium naturarum perfectio. Et quia impossibile est nostrum magisterium complere sine operationibus elementa separandi, ut miraculum sequatur de quo loquutus est sapiens. *Horubanus* dicens, quod facta separatione elementorum, & postea celebrata conjunctione eorum, multa miracula perpetrantur. Ideo manutene ordinem operis, scilicet ut separes elementa prius quam conjungas, quia verè separatio quæ fit cum mundificatione non est nisi quædam habilitatio ad conjunctionem in separabilem. Ordina igitur primo lapidis tui mundificationem, & partium separationem, terram ab igne separando, subtile à spisso, sicut alias dixi, suaviter cum magno ingenio, scilicet cum putrefactionibus, putrefaciendo corpus separabis, id est dissolves (quia dissolutio est partium separatio) terram ab igne, subtile à spisso, facies & immundities ab igne, aere, & aqua, & à

totam substantiam lapidis, ita ut lapis remaneat ibi mundissimus sine sorde, ut postea perfectissime conjungantur, atque ita ad libitum poteris totum corpus reducere in spiritum & volatile facere, quia tunc simplex natura simplici naturæ in homogeneitate prima & proportionem elementali sibi simili identice adhærendo congaudebit & perficietur.

*Rasis* etiam dicit quod res benedictæ non bene se recipiunt ad invicem nisi prius utraq; fuerint optime mundatæ, quia non recipit corpus spiritum, nec spiritus corpus, ita ut spirituale fiat corporeum, & corporeum spirituale, nisi sint ab omni sorde prius denudata & perfecte defæcata.

Cum verò sint sic, complectitur corpus spiritum, & spiritus corpus, Et ex eis operatio perfecta provenit, & eriguntur corpora à spiritibus in examinatione, & spiritus tenentur à corporibus super ignem; Ex quibus patet quod conjunctio fieri non debeat nisi cum rebus sublimatis, & postea per elementorum separationem bene prius purificatis.

Separa igitur elementa sicut decet

K 6 &

228 Philosophorum Magisterii

& postea conjunge, & quod desideras  
obtinabis sine fallacia & deceptione.

*Doctrina de ponderibus.*

**I**n generatione lapidis Philosophorum  
scias quoto pondere alterans cum alter  
abili debeat commisceri: quia secundum  
pondera componentium, scilicet elemen-  
torum erit compositionis operatio: in quo  
enim aliud superat, in hoc illud perficitur,  
sed in hoc perficitur, in quo à reliquo  
superatur, unde medicina sive lapis se-  
cundum mensuram suae quantitatis quan-  
doque commixtum tingit, & quandoque  
tingitur à commixto: si enim iusta fuerit  
ponderis illud cujusque coloris exi-  
stat, suo colore colorabit: si autem pau-  
ca quantitas superata fuerit in alio, colo-  
rabitur à commixto: hinc est, quod una  
& eadem medicina est ram ad album, quam  
ad rubrum: cum igitur citrinitas nihil  
aliud sit quam determinata proportio albi  
& rubri, constat quod si pondera compo-  
nentium praedictorum, scilicet rubri &  
albi praedictam portionem transcendano,  
jam non erit citrinitas in aequalitate sui  
gradus.

gradus, quia aut compositum erit nimis album, quod est ex intenso pondere albedinis lunaris medicinam rubeam tingentis in album: aut nimis rubeum, quod est ex intenso pondere medicinæ rubificantis albedinem argenti vivi lunaris in rubeum. Observa ergo proportionem determinatam à natura, prout citrinitas auri puri tibi designat, quoniam est nobis sicut signum signatum. Ad ejus igitur exemplum quæcunque alterare volueris, altera ut ad æqualitatem ejus perducas.

*De doctrina mixtionis Elementorum ponderatorum ad componendum lapidem.*

**P**ostquam superius dictum est de ponderibus componentium, scilicet Elementorum, dicendum est hic de mixtione eorum: quia mixtio semper fit propter generationem cum alteratione essentialis materie suorum componentium. Mixtio enim fieri debet tali proportionem, ut virtus sive qualitas alterantis semper compositior, ita ut convincat aliquammodo

VIR

virtutem alterabilis, & tūc alterabile converteretur super naturam alterantis colorem & saporem per omnem modum. Exemplum in generatione lapidis albi. Si radicalia ad album elementa superant in pondere elementum ignis ad rubeum, colorabitur totum in albiſſimum colorem: unde in libro de Aquila dicitur, Si parum fermenti in confectione poſueris, videlicet quartam partem, exhibit alba & candida omnibus partibus; Sed ſi è converſo radicalia elementa ad rubeum ſuperant in pondere alba elementa tingentur in rubeum viribus prævalentibus: ex quibus patet quòd mixtio non prodeſt ad alterationem niſi fiat ſub proportionem debitam qualitatum primarum, ſcilicet agentium & patientium, ut inde conſequatur alteratione ad formam ſubſtantialem lapidis Philoſophorum albi & rubei ſucceſſive procreandi ſimul & ſæpe: quia qui primo candidat, ipſe rubeum facit, & hoc fit per confortationem quam album recipit ſuper rubedinem. Unde dicit *Senior*, vivificatur terra poſt mortem ſuam cum aqua ſua viva.

Cum igitur miſcearis illam ſuper terram

nam, illa commixta juvant album super  
citrinum & rubeum, & id albificat &  
convertit in albedinem argenti &c. Et  
sic proportio principiorum virtutum, sci-  
licet agentium & patientium, est disposi-  
tio ad formam substantialem. Et hæc for-  
ma est illa, quam dant prima formalia, &  
agentia principia, quæ prima sunt agen-  
tia tanquam virtus formativa in materia.  
Et hoc est cælum cum suis planetis tan-  
quam universale movens omnia universa-  
liter. Nam virtutes planetarum infusæ  
virtutibus elementorum dant speciem, se-  
cundum Philosophos. Istæ ergo virtutes  
sic causatæ & infusæ in igne rubeo nostro,  
formant lapidem, & conveniunt cum for-  
ma lapidis Philosophorum, sicut virtus  
formativa quæ in semine animalium cum  
forma convenit quæ videntur per gene-  
rationem, & sicut forma artis convenit  
cum artificiato. Unde Aristoteles dicit  
animam esse in semine, sicuti artifex in ar-  
tificiato: sic vis cœlestis informativa, &  
vis complexionis in sulphure nostro ru-  
beo informans & complexionans, sic  
etiam vis terrea in loco generationis la-  
pidis Philosophorum habet in se virtutes  
cœlestes.

cœlestes Et ex proportionē virtutis terræ cum virtutibus cœli essentialiter constat forma substantialis, eo quod substantialis forma dat totum substantiale esse lapidis Philosophorum & auri, quam proportionem Philosophi posuerunt in virtutibus Elementorum constituentium quibus insunt virtutes cœlestes.

*Quomodo virtutes cœlestes multiplicentur in materia, ita ut tota materia convertatur in essentiam quintam; & de diversa proportionē materie cum virtute cœlesti & effectu diverso.*

**S**ed advertendum est quod virtus cœlestis se habet secundum variationem preparationis terræ & aliorum Elementorum, quia si plus fuerit virtutis terræ, quoad terreas virtutes ipsius, quàm planetarum immixtione luminis & nobilitatis, obtinebit fufum & ponderosum, & frigidum sicut Plumbum, quod ex neglecto ut non intellecta preparatione constat: si autem plus fuerit virtutis cœlestis &





*De qualitatibus alterantibus.*

**E** Tiam te oportet habere notitiam qualitatum primarum & earum virtutum quibus operantur, alterant & alterantur, ut melius per cognitionem virtus alterantis possit confortari & multiplicari super virtutem alterabilis: & qualitates alterabiles approxinari possint ad qualitates alterantis. Si hoc scis facere, ad albedinem perfectam primo, & successive ad citrinitatem; demum ad rubicundissimum colorem perfectissime pervenire poteris. Ex quibus omnibus supradictis patet eria esse quæ cognoscere debemus, scilicet proportionem componentium, qualitates eorum, & formam sive modum eorum mixtionis.

*De differentia medicinarum ex ponderum diversitate.*

**N** Otandum est etiam quid quandoque sunt aliqua medicina magis intensa aliis in rubedine, aliqua vero minus: sunt etiam quæ magis tingunt & citius

citiùs , & quæ minùs. Quod contingit secundum diversam gradum suæ præparationis , ideo pondera determinata à Philosophis in speciali totaliter dari non possum ; sed relinquunt en industriæ artificis magisterii. Et est notandum quòd citriatum sulphur quodcumque sit , oportet ut sit fixum & calcinatum . Et oportet illud præparare per modum figentem & calcinantem cum industria astutiz perfectæ administrationis , & multiplicem modum sublimationis , cum reiteratione multa , quousque mundum fiat.

Modus igitur hujus additamenti præparationis fit per reiterationem sublimationis partis non fixæ lapidis cum ingenio conjungendi per minima , quousque sulphur sive additamentum eleveretur cum ea , & iteratò cum illa figatur ut fiet.

Modus autem conjungendi per minima spiritus cum corporibus , est calcinatio spirituum cum corporibus fixis & calcinatis , & mortificatio cum ipsis. Et modus calcinationis eorum est , ut eis ad fixationem approximantibus , ignis administretur sicut decet , scilicet paulatim illum

lum augendo ne fugiant, quousque maximum ignem tolerare possint. Commisceantur ergo cum prædictis calcibus à quibus sublimati debent, & terantur ac commisceantur illis cum imbibitionibus sufficientibus, & post ignem lenissimo aqueitas superflua removeatur, qua recedente & cum ea argenti vivi aqueitas recedit; tamen sic ignis ita lentus ut tota argenti vivi substantia non ascendat. Et iste est modus conjungendi per minima, ut postea per sublimationem pars fixa eleveretur totaliter.

Intellige ergo hunc modum sublimationis & naturam ejus, quoniam ultima nostra intentio est, ut omnia sublimentur, non solum pars volatilis sed & fixa. Tunc enim omnibus in spiritum versis, & vaporabiliter sunt junctis, omnia hæc Philosophi dixerunt esse aquam sapientiae & omnis thesauri, & aquam elixiris & medicinam. Eò quod per hoc opus tota materia lapidis foret volatilis & fixa efficitur medicina vera alterandorum: scilicet quando corpora vertuntur totaliter in substantiam spirituales. Et hoc testatur

statut. *Socrates* in Turba, dicens, nisi quodlibet in aquam vertatis, ad opus non pervenietis. Oporteret enim corpus flammæ ignis occupari ut diruatur & debile fiat cum aqua sua spiritali in qua ipsum corpus est donec fiat totum aqua. Istud igitur est opus per quod calidum & siccum destruunt frigidum & humidum, adustum & aquosum, & per quod spiritus vivitur in nobilissimum corpus non fugiens ab igne, sed currens ut oleum vivum, estque ovum occultorum pretiosissimum, & tinctura viva & aqua permanens, de qua Philosophi mentionem faciunt in omnibus suis scriptis: quia hæc aqua semper vivit & permanet, & nominatur spiritus penetrans, & est occultum omnium tingentium, scilicet aggregativum & rectificativum, quoniam rectificat & illuminat omnes mortuos & resurgere facit, & ab omnibus ægrotudinibus defendit corpus humanum, postquam ejus calidum & siccum non est fugiens ab igne.

Et hoc est unum ex miraculis de quibus sapiens *Hortulanus* loquitur, dicens quod facta separatione elementorum, & postea

Ita celebrata conjunctione eorum, multa miracula perpetrantur. Separa igitur elementa priusquam conjungas, & ante conjunctionem ea perfecte mundifica. Dissolve igitur ea, quia dissolutio est partium separatio, & terram ab igne separa, subtile à spisso, faeces & immundities à tota substantia lapidis separa, ita ut lapis remaneat ibi mundissimus & sine aliqua sordore & tunc perfectissime conjungentur, atque ita ad libitum poteris totum corpus in spiritum reducere, & volatile facere, quia tunc simplex natura simplici naturæ sibi in homogeneitate prima, & proportionem elementali sibi simili & identicè adherendo congaudebit & perficietur. Et his rationibus *Rasis* dicit quod benedictæ non bene se recipiunt ad invicem, nisi prius utraq; fuerint optime mundata. Non enim recipit corpus spiritum, nec spiritus corpus, ita ut spirituale fiat corporeum, & corporeum spirituale, nisi sint ab omni sordore prius defæcata. Ex quibus patet quod nunquam fieri debet conjunctio, nisi cum rebus sublimatis, & postea per separationem elementorum bene prius purificatis.

Separa

¶ *Separa igitur elementa sicut decet, & postea conjunge, & quod desideras obtinebis sine deceptione. Ergo da operam ut hæc separatio rectè fiat, quia ab ipsa totum opus dependet: & tibi dico, certè illam, opus ignorantium non esse: quia tibi magna difficultas invenitur. Et hac ratione Philosophi dicunt; *difficilia quæ postulant.* Esto igitur sapiens & ingeniosus in arte, ut damnum tibi non exoriat.*

*De conjunctione duorum corporum  
ad magnum lapidem Philosophorum  
conficiendum ad album & ad ru-  
beum.*

**S**ume calcem argenti purissimi, dissolu-  
vit, & depurati, ac subtiliati, & per ele-  
mentorum separationem elaborati, quia  
terra lapidis est matrix, & vas natu-  
rale.

¶ *Recipe igitur de ista calce albatres par-  
tes, & de calce rubra similiter depurata  
subtiliata, & per elementorum separatio-  
nem præparata, partem unam, & est ignis  
lapi-*

240 *Philosophorum Magisterii*

lapidis fixus à quo resolutæ sunt tincturæ.  
 Coniunge ea & misce super lapide marmoreo, & suaviter imbibe cum aqua alba separata & rectificata: Imbibe igitur donec terra sit optimè humectata, post decoque & diebus & in pulverem convertetur; sed nota quòd in tua humectatione curare debes ut siccitas terræ semper dominetur, & aqua non superet; Igitur labora deficcando & paulatim imbibendo, terendo, & decoquendo donec in lapidem seu pulverem totum convertatur, quo peracto trahelapidem & denuo iteram imbibitionem, & decoctionem; demum lentè separetur aqua, & postea calcina per horam unam, pondus tamen observa, ut cum terra fuerit triplum sui de aqua antequam calcinetur. Postea tantum assando decoques quantum dissolvendo abiecit, imbibendo dissolvas quantum assando defecit, & sic reitera cum sua humiditate salvabitur, ac in suo pondere remanebit, & continua donec viginti partes sui combiberit, scilicet imbibendo, decoquendo, assando & calcinando, & tunc terra remanebit alba.

In ista verò minera operationes multæ  
 arque

utque mirabiles sunt : nam virtutes ejuslibenter apprehendit naturam aquæ , & facit illam propter unctuosam quam possidet vehementer declinat ad siccitatem , sed quories desiccatur , toties humectando imbibas , & sic fit artificialis generatio lapidis Philosophorum , quando color albus post antecessionem omnium aliorum germinare incipiet.

Intellige naturam medii in qua sunt semper continentia extrema , cum non fiat transitus de nigro in rubrum , nisi per album. Summum ergo medium nostrum magis propinquum coronæ sive diademati rubedinis actualis est ista compositio alba , in qua substantialiter est aurum occultum , quod de sui complexione naturaliter desiderat perfici & compleri , & reverti in suum esse , & hoc fit quando virtus suæ rubedinis submersa in albedine confortatur , restaurando ei naturam rubeam deperditam quam spiritus prius suxit & exhaustit à suo corpore sic cruciato & debilitato , sicut sanguis exhauritur à corporibus animalium & cum hoc debilitantur , donec eisdem simile restaureretur ; scias enim quòd lapis constat ex prædictis , scilicet albedine



242 *Philosopharum, Magisterii*  
dine & rubedine in unum conjunctis.

Igitur observa diligenter signa principalia, primò nigrum cum suis coloribus successivis imperfectis quæ sub nigredine comprehenduntur, quoniam sunt passionēs animæ, & hîc innovatio est colorum imperfectorum quæ fit per ignem gradatim in separatione & calcinatione præcipuè donec terra appareat alba quando erit humiditas exhalata: Nam sicut calor agens in humido generat nigredinem, ita agens in sicco generat albedinem. Si ergo terra non appareat alba, ignem vigora donec alba sit. Et scias quòd aqua & ignis terram abluunt, & ab ea obscuritatem auferunt, scilicet per reiterationes dissolutionis, desiccationis, & calcinationis: Ideo qualis erit limpiditas aquæ, talis erit limpiditas terræ, & quantò magis fuerit abluta, tantò magis fuerit alba, & sic per tales reiterationes terra abluatur, dealbatur, subtiliatur, & sublimatur.

### *De modo sublimandi terram.*

**I**ntellige ergo hunc modum sublimationis & naturam ejus, quoniam ultima  
nostra

nostra intentio est ut omnia sublimen-  
tur non secundum partem volatilem, sed  
& fixam, tunc enim omnibus in spiri-  
tum versis & vaporabiliter simul con-  
iunctis & mixtis, omnia hæc Philosophi  
dixerunt esse verum elixir & medicinam  
veram.

Cum autem terra fuerit sicut præmit-  
titur præparata & exhauserit viginti aut  
plus partes sui de aqua sua, citò quam po-  
teris eam sublima cum igne fortissimo  
quousque ascendat ad modum pulveris  
albissimi, & cum illum pulverem albissi-  
mum videris per excellentem, nivem supe-  
rantem albedine sua, & quasi mortuum,  
alutelli spondilibus adhærere, reuera ejus  
sublimationem sine ullis facibus infe-  
rius remanentibus, quoniam adhæret  
pars illius fixa cum facibus & per nul-  
lum ingeniorum genus posset ab eis se-  
parari.

Illud autem quod superius elevatum  
est, est cinis à cinere extractus, subli-  
matus & honoratus: quod verò inferius  
remanet est scoria, fax & nigredo qua  
non indigemus. Fac ergo separationem  
clari à turbido, quia quod in similitudinem

## 244 *Philosophorum Magisterii*

albissimi pulveris ascenderit sursum, est: sulphur albissimum, terra alba folliata coagulans, & coagulatum, & arsenicum nostrum congelans mercurium in purissimum argentum; unde ex illo operare ad album quoniam est completum.

Patet ergo ex jam dictis quod terra lapidis debet sublimari ut purum ab impuro separaretur, & ut magis dealbetur ac subtilietur. Ex quo secretum habetur quod sulphur à corpore non habetur nisi per hunc modum sublimando; ostenditur etiam per hoc qualiter aurum convertitur in argentum circulatione naturali, per hoc quod in sulphur albissimum convertitur ad argentum: sed postea per majorem ignis digestionem monstrabitur qualiter argentum convertitur in aurum, per hoc quod sulphur eorum ad argentum transmutabitur in sulphur rubeum ad aurum.

Et sic aurum licet factum fuerit argentum, attamen per artificium iterum reducitur in se ipsum cum multiplicatione inappreciabili & divitiis inestimabilibus.

*De*

*De conversione sulphuris albi in sulphur rubeum ad aurum.*

**S**ume sulphur album superius collectum & dissolve ipsum in aquam rubeam, imbibendo, conterendo, & decoquendo cum aqua sua rubea, donec in lapidem congeletur, ad cuius quidem coagulationis provisionem est sciendum, quod imbibitio ista debet ita fieri quod primo debet epotare prædictum sulphur tres partes sui corporis de aqua rubea in tribus septimanis, scilicet dando ei primo unam partem de aqua sua, post septem diebus decoque, & iterum imbibere terendo & coquendo, septem diebus, & reiterando donec tres partes aquæ rubeæ sint in lapidem sive pulverem congelatæ. Et continua istam imbibitionem & desiccationem quousque terra biberit de aqua sua novem partes in novem septimanis, postea totum sublima quod sublimari poterit per ignem fortissimum gradatim: quod verò superius ascendet erit album, quod autem remanebit deorsum erit sulphur rubeum sicut sanguis coctus: Album verò supe-

246 *Philosophorum Magisterii*

perius ascensum potest cum rubeo commisceri, maximè illud quod est in pulverem terminatum, quia totum in fixatione cum fermento rubeo fixabitur, & per consequens digestionē perfectā rubificabitur. Ex quibus patet, quod lapis noster in decoctione rubea albescit, antequam rubescat, & quod in ista albedine rubedo est occulta quæ postea per ignem fortissimum manifestatur.

*De fixatione & conjunctione elementorum, & compositione elixiris albi ad album.*

**C**um habueris sulphur album sublimatum, ac in pulverem reductum & terminatum, serva unciam unam, ad elixir album faciendum, sic componendo.

Recipe tres partes lunæ finissimæ & dissolve cum duplo sui mercurii albi sublimati, id est in aqua prima alba separata, sicut dictum est de aliis dissolutionibus, deinde aquam separa donec luna cum aquæ parte sit desiccata & in pulverem album terminata, & hoc est fermentum.

Deinde

Deinde misce unam partem sulphuris supradicti sublimati & albi cum tribus partibus hujus fermenti, & fiat mixtio super porphyrico imbibendo cum una parte suæ aquæ albae, & decoque & desicca igne leni per duos dies, postea ignem vigora viginti quatuor horis, & ista decoctio debet fieri in vase rotundo longo collo. Deinde sume vas & illud frange & materiam sublimatam recipe, & eam misce cum corpore suo terendo & imbibendo & desiccando, & iterum imbibendo cum alia parte aquæ suæ albae, & in simili vase rotundo colloca, & decoque igne leni, deinde forti, sicut prius, postea fortissimo, post frange vas, & imbibere materiam super porphyrico sicut fecisti, & istam operationem continua quousque terra retinuerit duas aut tres partes aquæ suæ, & perfecte fixaverit, ita ut in his penitus sublimetur ab ipsa, & hoc citò sit virtute sulphuris & vapore ejus fermentantis, figentis, & dealbantis totum compositum.

Ipsam autem sulphur citò coagulat aquam suam, cum sit coagulata, & hoc naturaliter per frequentem sublimationem

ipsius aquæ, ac reiterationem super ipsum.  
Et sic nutrias filium cum terra; & terra  
inprægnata cum patientia superius partu-  
erit, quousque in foro iudicis intrepidus  
audeat permanere, tunc enim fiet benignus  
& dulcis.

*De fixatione aëris super elixir  
album fixum.*

**C**um aqua fuerit confirmata terræ, cam-  
recipe & tere & imbiibe foridè cum  
una parte aëris sui albi, & decoque sicut  
fecisti in coctione & fixatione aquæ, ne-  
que magis neque minus, reiterando imbi-  
bitionem & decoctionem, ac sublimatio-  
nem donec elixir biberit & retinuerit du-  
plum sui aëris albi: Tunc igne fortissimo,  
sed non fusionis, age & fixa, & sic aër  
fixabitur cum aqua, terra & sulphure, quo-  
niam natura lætatur natura, & docet for-  
titer praliari contra ignem & peribit fu-  
ga ignis, per sequentem obviationem  
naturæ fixæ fugienti non fixo: quoniam  
avis plumeta detinetur deorsum in terra  
ab implumi, tunc cum nihil de aëre ascen-  
derit detur ignis fortissimus uno die, scili-  
cet

et ignis fusionis circum circa 24 horis,  
& lamina crystallina efficietur fulgens  
& lucida quam increrabis super marmoreo  
lapide cum oleo albo guttatim, post de-  
coque & assa, & continua assationem &  
incerationem donec cissimè fundatur li-  
cut cera sine fumo super laminam ignitam  
quam penetrat & convertit.

*De projectione istius elixiris albi.*

**E**X isto elixire hoc modo preparato,  
projice unam partem super triginta  
partes mercurii crudi & in crucibulo ca-  
lesfacti super ignem, & fiet totum medi-  
cina super omnia corpora perfectione di-  
minata & super ipsum argentum vivum.  
Projice ergo secundò unum pondus de ista  
secunda medicina super centum mercurii  
crudi calesfacti in crucibulo super ignem,  
vel super centum cujuslibet corporis im-  
perfecti & fusi, & totum convertetur in  
purissimam lunam multò meliorem quàm  
de minera naturali productam.

L s Do



## De fixatione &amp; conjunctione elementorum ad rubeum.

**E**odem enim modo sicut dictum est de albo, ita hic ad rubeum componendum intelligas, quoniam nullo modo differunt in operatione, sed solum in rebus rubeis; Fac igitur fermentum vitrum cum tribus partibus auri finissimi de fixa cum aqua sua rubea animata & separata in separationibus elementorum. Aqua fixata, conjunge aërem & operare sicut dictum est de albo; aëre fixato, miscera cum oleo rubeo, donec super laminam cirissimè fundatur. Et projectio similis est sicut dictum est de albo.

*Unio secundo gradus incipit*

*De*

*De tertio & ultimo gradu lapidis qui  
est de Complementary sua  
preparationis.*

**S** Ume ergo primò de medicina alba  
confecta & fixata secundum doctrinam  
in secundo gradu lapidis traditam; Et ad  
altiorē & sublimiorem preparationis  
gradum ascendat, Solve eam in aqua sua  
alba ita ut fluat & currat sicut aqua mer-  
curialis viva, hanc autem dissolutionem  
permittē putrefieri per se solam sine alio  
calore quocunque, tribus diebus & no-  
ctibus, ut anima, liquefactione & per spi-  
ritum dissolvētem possit separari à mate-  
ria medicinæ facilius & citius. Dissolutâ  
medicinâ, separa elementa, primò equam,  
secundò aërem, postea oleum, sicut di-  
ctum in separationibus elementorum, &  
in calcem albiſſimam reduce ita ut nihil  
de Elementis humidis ibi remaneat, cujus  
signum est, si de prædicta medicina su-  
per laminam ignitam aliquid fuerit posi-  
tum, & non liquefacit nec fumum emit-  
tit, tunc erit perfectè desiccata & à sua

## 252 *Philosophorum Magisterii*

naturali humiditate privata, & est alba sicut cerusa, ad aurum tamen est rubra sicut sanguis.

Ut igitur prædicta terra sive calx sublimior & subtilior fiat de natura quintæ essentiæ, decet in hac mixtione, ut virtute spiritus non fixi, superius terra ascendat totaliter sublimando, & cum hoc acquireret multiplicationem, & facilem liquefactionem in virtute ingresibili tam duris corporibus quam mollioribus.

Terram prædictam calcinatam recipere, & conjungere cum duplo sui ponderis de aqua sua, terendo, affando, imbibendo, quousque incorporarentur, postea accenso igne citò totum sublima quousque terra cum aqua totaliter elevaretur. Si aliquid verò non sublimatum remanserit addatur ei vicissim argenti vivi sublimatum, scilicet de aqua sua, quantitas post quantitatem, ut summa volatilis superesse summam fixi, quousque ad elevationem illius sufficiat, sic vice post vicem itera donec totum elevaretur, & semper provide ac de parte non fixa habeas magnam quantitatem de qua possis administrare sicque.

ut dictum est, & dare lapidi qui factus est mundissimus & absque sordibus, toties per magisterium donec totum lapidem virtute spiritus non fixi superius deferat sublimando, sicut vult Philosophus ascendere lapidem à terra in cœlum, facere de materia formam, & de corpore spiritum, & de materia inferiori vili & corruptibili, naturam altam & dignam intelligentiam quintam conversam nullo modo corruptioni subiacentem.

Hæc est enim natura quam Deus misit suis Prophetis & electis, atque Philosophis, per quam habuerunt notitiam, & nos etiam sua summa bonitate ac largitate qua nobis contulit hoc divinum premium possidere consentientes, certioramur de glorificatione nostra, ad quam trahidebamus per opera virtutum assuescendo & non desistendo, quia si desisteremus abuteremur.

Intellige ergo naturam altissimam & celestem, ac actualissimam ad quam ista materia spirat, & de se naturaliter tendere desiderat summam perfectionem multum appetens.

Intellige verba Philosophi & signata

my:

mysteria, quoniam in hoc opere declarantur quid sit perfectio nostra, & quid sit vera semita, per quam nos ipsi luce clariori appropinquamus ipsi, perfectio intentionis sapientum semper est ex perfectione eorum ad quæ tendunt, sicut est se ipsos coniungendi cum suo principio quod est summus Deus æternus: à Deo enim venimus & ad eum redire debemus: Impius est enim stultus qui delictorum operibus se distrahit à principio sui esse; unde Hippocrates: vituperans mundanos clericos dicit se eos odio habuisse, ipsamque veritatis semitam semper dilexisse ac eam omnibus viribus, quantum poterat, diligenter investigasse, ut qui crediderit non aliter melius Deo approximari possit: sed clerici mundani non cupiunt scientiam habere nisi propter divitias & non propter ejus intrinsecam veritatem possidere, quæ est vera virtus & vera scientia, ad quam homo debet inhiare ut ad summum bonum. Unde tales homines eam possidentes debent in veneratione esse & honorari præ omnibus aliis propter virtutem intrinsecam qua fiunt conspicui & sicut divites non autem propter pannos instrumentales nec

nec per divitias tantum, quoniam sunt quasi possidentes locum Dei in iustitia, & vicarii in scientia & exemplis.

Ideo & merito debent ab hominibus chariores alijs reputari, & maxime à maioribus & mundi Principibus, cum sint numero rari, secundum cognitionem veram. Nam tales ad mandantem cognitionem rari perveniunt nec manifestari procurant propter eorum contrarietatem. Ideo hortantur quidam Philosophi hominem contra amorem debere constitui super opus regni rectorem, & hoc dixerunt scientes, qui in senibus tanquam in exportis viget sapientia, & volentes discretum & eruditum præfici tanto regimini & benedictum. Ne legas sed intelligas, quis legere & non intelligere, negligere est; ergo si legis, tu negligis nisi similiter intellexeris quæ perlegeris. Considera de cibo in quo non est sapor, sic est de lectione quæ non intelligitur, nec corpori & animæ proficit nec proficere potest.

*Quæ*

*Quomodo materia quæ facta est spiritalis & pura, & de natura cæli efficiatur fixa & de natura terræ glorificata, recipiendo utramque vim scilicet spiritualem & corporalem.*

**S**ed cùm prædicta materia lapidis sit spiritaliter elevata, ad summos gradus suæ perfectionis attingere nequit nisi per fixationem, cùm ejus sublimatio quæ est ad sui exaltationem & ascensionem iterari non possit cum glorificatione majori nisi successivè figatur reducendo eam de coelo in terram; Ideo semper post suæ elevationem figi debet, ut post iteratam elevationem quæ successivè fit post suam fixationem valeat supremos gradus videlicet glorificationis obtinere, per quæ postea ceteri mortui possint per eam perpetuò resuscitari: Si hæc cognoveris, intelliges resurrectionem J. C. per quam salvi fiunt ceteri & vult Philosophus descendere à corpore in terram lapidem sublimatum.

Sumatur igitur lapis superius sublimatus & in suo vase sublimatorio pone, primò dando ignem lentissimum de

de cineribus quousque per talem colorem nihil ascendat, secundo dabis ignem fortiozem, de gradu in gradum, donec ex eo sublimetur quicquid fuerit volativum; & sic reitera sublimationem scilicet partis volatilis super partem fixam quousque & similiter ipsa figatur. Hinc incera cum oleo suo albo sicut dictum est *suprà* de fixatione aëris secundi gradus.

Et sic habebis gloriam claritatis totius mundi, possidendo, & fugiet a te omnis obscuritas & inopia, & aegritudo, quia lapis est omnium aegritudinum curabilis, quoniam est totius fortitudinis fortitudo fortis, nec est comparatio aliqua hujus lapidis ad alias fortitudines hujus mundi, quia vincit omnem rem subtilem, omneque solidum penetrat, & convertit mercurium qui subtilis est, & alia corpora solida penetrando perficit sine numero.



*A Simili de Rubeo.*

**S**icut dictum est de albo facies de rubeo scilicet dissolvendo lapidem rubrum in aqua sua rubea tribus diebus in loco frigido, scilicet sine calore, & sic permittre putrefieri.

Deinde aquam per balneum primò separa, postea oleum per cineres reiterando donec nihil de anima remaneat in corpore, & terra remaneat sicca absque aliqua humiditate, & sicut sanguis sit rubea.

Postea per ingenium jam dictum, cum aqua sua simplici rubea & non fixa sublima vicissim conjungendo, terendo & sublimando quousque in secunda aut in tertia vice totum fuerit elevatum. Post per jam dictum modum figentem fige ut ster; hinc incera cum oleo rubeo sicut incerasti album.

Nec unquam intelligens mirari debet si talis spiritus sic summè depuratus & digestus metalli corpus immutetur non obstante quòd terra dominetur in massæ quantitate. Sed illa materia jam digesta

gesta & subtiliata est, & tractata ad operationes spirituum, & ideo sequitur actum & motum eorum.

Præterea licet aliquid istius medicinae sit minima rerum portio, verumtamen ad operandum mirabilia multas in se comprehendit potentias qualitatum, ut patet in projectionibus.

O naturalis puritas animæ, quæ si nulla extrinseca sorde polluta fueris, fons es & origo virtutis. Vocatur hæc elixir anima, quia tota ipsius substantia conversa est in oleum & gummi.

*De projectionibus medicinarum tertii  
gradus lapidis tam ad album  
quam ad rubeum.*

**R** Ecipe unam partem, istius medicinae albæ, aut rubæ, & super 1000. partes mercurii crudi in crucibulo calefacti projice, & fiet totum medicina super alium mercurium crudum.

De ista secunda medicina projice super alias 1000. partes mercurii crudi in crucibulo fermenti, & fiet adhuc totum me-

medicina super alias 1000. partes mercurij.

De tertia medicina projice partem super 1000. mercurij crudi & in crucibulo ferventi ignem augendo, & fiet totum argentum si fuerit medicina alba, & aurum si rubea, multo melius quam de mineris productum.

Similiter hoc eodem pondere si proficiatur super unumquodque corporum imperfectorum, converteret in optimum & purissimum aurum, si medicina sit rubea, & in optimum argentum si sit alba obtinens pondus auri.

Nota quod opus istius tertii gradus decupliciter facit multiplicare materiam suam in virtute, primum per hoc quod dissolvitur, secundum per hoc quod elementa separantur, tertio per hoc quod tota materia volatilis reducitur, & fit de natura celesti & quintæ essentiae. Per primum modum subtiliationis quæ fit per solutionem solam acquirit sibi in projectione decem: per secundum, acquirit 100. & per tertium acquirit 1000.

De

*De multiplicationibus medicinarum.*

**Q**uanto enim pluries reiteraveris operationes hujusmodi tertii gradus, tanto plus virtus medicinarum in mille decuplo multiplicabuntur, ut si primo medicina projiciatur super 1000. secundo convertit decies millia, quia in qualibet sui dissolutione acquirit sibi decem in projectione, unde decies decem faciunt centum, & in qualibet resolutione per elementa acquirit sibi decies centum qui sunt mille: & in qualibet spiritualitate ad naturam cœli acquirit sibi decem millia, & in tertia super mille millia, & sic per reiterationem, super infinita millia multiplicatio currit in infinitum.

Quanto igitur magis reiteraveris operationes prædictas, tanto plus decem in decem, virtus sua multiplicabitur. Et in hoc quidem completur arcanum pretiosissimum, quod est super hujus mundi arcanum inappretiabile pretium & omnium Philosophorum thesaurus.

**Ad**

262 *Philosophorum Magisterii &c.*

Ad cujus complementum pro animarum salute, & corporum sanitate pervenire vos faciat ille Dei Filius Dominus Jesus Christus, Philosophus Philosophorum, qui sine fine vivit & regnat, AMEN.

*Soli Deo gratia agenda sunt, à quo  
cuncta procedunt, ipsi gloria,*

AMEN.

Hic



Hic est totius Operis Philosophici  
sub brevibus sermonibus  
repetitio.

*Et primò de præparatione primi  
gradus.*



UMANTUR aurum & argen-  
tum ita dissoluta in argentum  
vivum sicut in principio primi  
gradus dixi, & quodlibet tamen  
secundùm suum modum ad partem, ita ut  
sint ad modum liquoris candidissimi &  
lucidissimi argenti vivi.

Postea, dissoluta coagula, separando  
majorem partem argenti vivi à substan-  
tia fixa dissoluta per distillationem cum  
igne leni, & quod coagulatum est iterum  
solve terendo super lapide porphyrico, do-  
nec materia in mercurium vertatur, ve-  
rumtamen si nimis desiccata fuerit, adde  
ipsi de aqua sua, ut melius dissolvatur, &  
filtra; postea, iterum igne leni separa  
quod

quod superius elevabitur, & semper serva cum alia aqua elevata, & ex suis superfluitatibus separata; tamen superfluitates in superficie materiae, tempore suae dissolutionis apparebunt, quae auferri debent, & sic reitera sicut dictum est, quousque nihil de eis appareat.

Deinde istam materiam sic dissolutam & mundificatam, coagula ut prius igne leni, semper colligendo argentum vivum superius elevatum, & ipsum servando cum alio, in phiala bene obturata, & perge hanc elevationem, dissolutionem ac purificationem, & filtrationem, ac in mercurium reductionem donec totum transierit per filtrum.

Postea deficca hanc materiam igne leni ut major pars ejus scilicet volatilis sit in magno cooperculo aludelli elevata, & hanc materiam serva ad partem in phiala ad hoc praeparata, & quod in fundo copellae remanet coagulatum terre super porphyrico, & reduc in pulverem discontinuatum: postea deficca in vase aludelli, sicut fecisti, igne leni, tamen non sit tam lenis, sed ad naturam materiae ignem proportionatum esse oportet

ut motus naturæ non periclitetur, sed  
semper ut aliquid ascendat dum materia  
desiccatur in fundo copellæ, & perge hanc  
operationem sublimationis donec, igne  
aucto, nihil ascendere possit: Deinde ser-  
va in phiala quod elevatum fuerit, & tere  
fortiter coagulatum quod in fundo copel-  
læ remanet, & demum calcina forti igne,  
donec fit calx ad modum pulveris albi si  
esset ad album, aut donec fit calx citrinissi-  
ma si esset ad rubeum. Et sicut fecisti de  
albo, ita fieri debet de rubeo: quoniam  
unum & eundem modum præparationis  
habent, & eundem effectum: nisi quia  
aqua alba est ad albificandum, & aqua ru-  
bea ad rubificandum: Et cave ne misceas  
aquam albam cum rubea, nec rubeam  
cum alba, quia ibi confusio esset. Et sic  
calces obtinebis scilicet rubeam & albam,  
quæ sunt fæces naturales, ad subliman-  
dum postea argenta viva eorum supradi-  
cta. Nam cum prædictæ fæces sint pro-  
portionabiles ipsis spiritibus magis in  
profundo eorum adhaerent, & cum eis  
per minima commiscentur, & hoc est se-  
cretum quare calces naturales repertæ  
sunt: quia nullus spiritus sublimari po-

M test



## 266 *Philosophorum Magisterii*

test sine facibus & maximè fixis: Ideoque ad mortificandum & sublimandum mercurium ad album, oportet calcem albam habere; & ad sublimandum mercurium pro rubeo, calcem rubeam habere debemus.

Et sic Philosophi præcipiunt quodque genus cum suo genere, & quæque species cum sua specie, ut per sublimationem prædictam, generationem spermatum masc. & fœm. quodlibet eorum ad partem fieri debere. Cùm igitur obtinueris calces prædictas fac ut sequitur.

### *De mortificatione spirituum*

**T**U dabis calci tuæ albæ ad potandum suum argentum vivum album per vices, & non totum insimul, quia virtus corrumpetur sicut dicit *Haly*: Sed paulatim & paulatim terendo, & decoquendo donec argentum vivum fuerit totum in pulverem mortuum conversum. Assa igitur hanc imbibitionem donec mercurius fuerit mortuus, deinde tere pulveres & eos iterum imbibe & coque ut prius, & itera donec totum reduxeris in pulverem mortuum: hac enim assatione aquo-  
ficas

fitas argenti vivi diminuitur, & substantia eius fit magis viscosa, & glutinosa, & magis acuitur & fortificatur. Et hæc mortificatio semper fit igne leni, in copolla parvo coopertorio obturata, & fit vas in balneo, aut inter cineres tepidos.

*De sublimatione & resurrectione  
rei mortificata.*

**P**ostea cum forti igne sublima in vase sublimationis, & resurget argentum vivum, & sublimabitur totum vivum ad modum unius liquoris corrupti & sicut nubes nigra spissa: serva bene illud in phiala vitrea bene sigillata. Et cum totum fuerit sublimatum distilla ipsum per se super cineres igne leni, ut liberetur à corruptione, & purius & subtilius fiat. Et calcina terram igne forti per diem naturalem, & in omnibus & per omnia fac sicut invenies in suo capitulo determinatum.

*De ablutione corporis calcinati.*

**R** Ecipe alterutrum de duobus corporibus calcinatis, quia unam & eandem operationem petunt: Lava igitur calcem cum sua aqua sublimata & distillata, imbibendo, conterendo, & impastando, postea coagulando, & iterum impastando & imbibendo: & tunc sordities apparebunt quæ separari debent; summâ dissolve totum & in mercurium reduc sicut in prima dissolutione, & sicut in capitulo suo dicitur. Tunc completa est sublimatio primi gradus, per cujus reiterationem spiritus mundificantur & à suis terrestreitatibus quæ ingressum impediunt separantur. Reitera igitur hanc sublimationem, quia sic elementa corrumpuntur à metallo, & in argento vivo nostro generantur, quapropter argentum vivum Philosophorum nominatur, & transit in medicinam.

Reiteratio hujus operis primi gradus, est iterum calcinare, & super calcem humiditatem ejus infundere, imbibendo, decoquendo & reiterando quousque tota

aqua

aqua fuerit ut prius mortificata, postea sublima, & distilla; & quod plus hoc opus reueraveris, eò magis valebit; reuera igitur ad minimum super ipsum quinquies, priusquam ad præparationem secundi gradus transcas.

*De secundo gradu lapidis.*

**S**ecundus gradus lapidis sic ordinatur. Sume unciam unam lunæ purissimæ si opus sit album: & si ad rubeum sume unciam unam solis purissimi; Et ea dissolve in argento vivo sublimato, & per primum gradum in virtutibus fortificato & actuato. Fac per eundem modum dissolvendo sicut est dictum in principio de dissolutione primi gradus: ita ut totum sit in argentum vivum conversum: & postea abluere materiam sicut dictum est, donec migredo nullo modo apparere possit, & tandem desicca: & per filtrum lineum totum transire facias.

Postea recipe calcem lapidis per primum gradum præparatam, & eam imbi-  
be de mercurio lunari ad album, & de mercurio solari ad rubeum id est dissolu-

nione recentis; & sicut fecisti in mortificatione specierum primi gradus, sic age in secundo gradu, quousque tota materia remaneat mortificata. Deinde sublimando totum resurgere à mortuis per illum modum qui dictus est in primo gradu. Et habebis liquorem mercurialem quatuor Elementa continentem, & magnam virtutem habentem, hæc autem virtus ecclestis est, & habitat in calore & spiritu mercuriali, sine qua nunquam posset materia informari, neque deduci ad formam lapidis Philosophorum.

*De separatione istius liquoris sicut permittitur corrupti, per quatuor Elementa.*

**V**T autem prædictus liquor separetur per quatuor elementa, terram in fundo vasis remanentem fortiter calcina, sicut jam fecisti in primo gradu, post resurrectionem mortuorum. Deinde terram calcinatam dissolve in suis Elementis scilicet in liquore suo jam dicto: & totum ponatur in vase distillationis, & cooperiatur.

ut cum suo operculo bene sigillato, & in balneo marie collocato: separa primò aquam igne æqualiter continuato, donec ex eo receperis totam aquam, & terra remanebit inferiùs quasi coagulata cum aëre & igne: Reserva hanc aquam ad partem in phiala bene sigillata: & oleum sive aërem separa per cineres, & illum in alia phiala servare debes, & optimè sigillare. Deinde recipe aquam & eam distilla seorsum, & calcina postea fæces forti igne, ut sint bene de natura attractiva, & deinde eas solve in prædicta aqua distillata: attrahet enim ad se, & secum pinguiorem substantiam aquæ retinebit. Postea, iterum ipsam aquam separa per balneum sicut supra fecisti igne bene continuato, quousque iterum totaliter eam resumpseris: & oleum sive aërem distilla per cineres & isto modo per reiterationem exhausties ab aqua totam substantiam oleagineam, quæ ita remanebit per se simpliciter animata cum simplici anima propinqua. Distilla ergo eam sic septies, & erit aqua rectificata.

Similiter separabis oleum ab aëre, distillando aërem per balneum, & oleum

272 *Philosophorum Magisterii*

fundo remanebit cum facibus : revertera istam distillationem septies sicut dictum est ad plenum in capitulis separationis Elementorum : & quodque elementum separatum seorsum serua.

*De generatione albi sulphuris ex unione duorum corporum.*

**G**eneratio huius lapidis fit similiter sicut alie generationes fiunt, nisi quod ista fit ex tribus naturis magis elaboratis, & passis ac decoctis & maxime depuratis, scilicet ex sulphure rubeo fixo, & argento vivo albo non fixo, & corpore albo : sed quia nulla generatio fieri potest sine putrefactione, nec putrefactio seminum fieri potest nisi in terram projiciantur tanquam in matricem, sic nec argentum vivum nostrum, nec sulphur mutari possunt neque meliorari, nisi projiciantur in suum siccum prius debite ab omnibus malis humoribus præparatum : & hoc est terra alba bene depurata & bene calcinata, in qua, prædicta duo semina projecta sicut decet congelantur, putrescunt, dividuntur, abluuntur, moriuntur, &

COR-

corrumpuntur, augentur & fermentantur, nutriuntur & multiplicantur.

Sumantur ergo cum Dei benedictione, de corpore albo tres partes, & cum una parte corporis rubei calcinati & ~~xi~~ xi, calces misceantur imbibitionibus mediantibus imbibenda ipsas calces de aqua alba, rotaticè, terendo donec nihil de aqua appareat, & mortificetur in pulverem, & post super ignem lentissimum aquositas imbibitionis removeatur, & sic argenti vivi aquositas recedit: ita ramen ut tota substantia argenti vivi non ascendat.

Postea iterum imbibe prædictam terram ut prius, terendo & decoquendo, & aquositatem superfluum evaporando quousque tota aqua fuerit desiccata & mortificata, & per vigorationem ignis calcinationis & aquæ desiccationis, candidata & albificata; Postea iterum imbi-  
be terram calcinatam, donec epotaris quinquagesimam partem sui ponderis de aqua sua sicut infra dicitur, in capitulo sequenti de sublimatione terræ.



*De sublimatione terra:*

**C**um autem terra exhauserit quinquagesimam sui ponderis partem de aqua sua, citò eam sublima cum igne quàm poteris fortissimo quousque ascendat ad modum pulveris albissimi, & cum videris illum pulverem albissimum præcellentem nivem albedine sua, & quasi mortuum alutelli spondilibus adherere, reïtera sublimationem ejus suis facibus inferiùs remanentibus, quoniam adhæret pars illius fixa cum facibus & per nullum ingeniorum genus posset separari ab eis.

Illud autem quod superiùs elevatum est, est cinis à cinere extractus, sublimatus & honoratus: quod verò inferiùs remanens est scoria, fax, & nigredo, qua non indigemus.

Fac ergo separationem clari à turbido, quia quod in similitudinem albissimi pulveris ascenderit sursum est sulphur albissimum, terra alba folliata, coagulans coagulatum & arsenicum nostrum. Operare ergo cum eo ad lunam, quoniam est completum.

*Que-*

*Quomodo sulphur album ad argentum  
convertatur in sulphur rubeum  
ad aurum.*

**S**ume sulphur album superius collectum & dissolve ipsum in aquam rubeam, imbibendo, conterendo, & suaviter decoquendo, ac bene ignem continuando, donec congeletur in lapidem, ad cujus quidem coagulationis provisionem est sciendum, quod imbibitio ista debet ita fieri quod primo debet epotare predictum sulphur tres partes sui ponderis de aqua rubea in tribus septimanis, dando primo ei unam partem de predicta aqua rubea permiscendo bene cum contritione forti, & postea septem diebus decoquendo, & iterum dando ei aliam partem aquae rubeae cum consimili contritione, & septena decoctione. Postea vero aliam tertiam partem: & sic habebit tres partes aquae rubeae in tribus septimanis. Tunc enim erit congelata aqua in lapidem seu pulverem.

**M 6****Dissolve**

## *276 Philosophorum Magisterii*

Dissolve ergo ut prius iterum imbibendo, decoquendo & affando, ac conterendo ipsum lapidem, & continuetur hujus solutio & congelatio tribus vicibus, ita ut novem partes aquæ rubæ una pars sulphuris potaverit & congelaverit in novem septimanis, postea sublima rotundum quod sublimari potest, per ignem fortissimum graduum, suppositum; quod verò superius ascendet, erit album, quod autem remanebit deorsum, erit sulphur rubrum sicut sanguis coctus.

Album verò, quod superius ascenderit, potes commiscere cum rubeo, maxime illud quod est in pulverem terminatum, quia totum in fixatione cum fermento suo deo fixabitur, & per consequens rubificabitur digestionem completa.

## *De fixatione & compositione Elixiris* *Albi ad album.*

**R**esipe tres partes argenti finissimi bene conjunctim limati, & cum duplo mundissimi mercurii albi sublimati dissolve, terendo totum in lapideo porphyrico quousque totum redigatur in unum.

&

Assistat quasi butyrum, post solvatur sicut  
suprà determinatum est in dissolutione  
primi gradus, ut totum sit sicut argentum  
vivum purum & splendidissimum.

Deinde aquam à corpore separa facien-  
do ignem lentum, & sic coagulando li-  
quorem, & resolvendo humidum in va-  
porem, quod totaliter non separetur sed  
duntaxat remaneat, de aqua ad medietate-  
m fermenti, ut si sint tria pondera terræ  
oportet ut unum pondus cum dimidio de  
aqua remaneat cum terra.

Postea recipe totum quod in fundo  
vasis remansit & teratur in mortario  
lapideo vel porphyreo, subtiliter, &  
bene mundo cum aceto distillato & sale  
communi preparato, lavando & teren-  
do sex vicibus, postea desicca ad ignem  
lentum.

Deinde misceas unam partem sulphu-  
ris sublimati albi cum tribus partibus  
predicti fermenti albi, & fiat mixtio su-  
per porphyreo terendo & incorporan-  
do bene cum una parte suæ aquæ albæ.

Hinc ponatur in phiala longa & ad-  
ministrerur ei ignis lentus duobus die-  
bus cum suis noctibus, sed tertio die  
augeatur

## 278 *Philosophorum Magisterii*

augeatur ignis fortior, & quanto die fortissimus.

Postmodum frangatur vas, & quod sublimatum est à facibus, iterum cum eis facibus incorporando misceatur, addendo ei tunc tres partes aquæ albæ suæ, & totum fiat virtute incorporationis sicut popsta. Deinde iterum in longa phiala ponatur, & detur primò levis ignis, & sicut prius quatuor diebus vigorando ignem gradatim sicut dictum est supra. Et sic continuetur huiusmodi assatio & imbibitio, ac inceratio donec terra retinuerit de aqua, & perfectè fixaverit duplum sui, ita ut nihil penitus sublimetur ab ipsa, & hoc citò fit virtute sulphuris & vaporis ejus fermentantis, figentis & dealbantis totum compositum.

Ipsam autem sulphur cum sit coagulamentum, citò coagulat aquam suam, & hoc naturaliter per frequentem ipsius aquam sublimationis reiterationem super ipsum. Et sic nutrias filium cum terra, quem terra imprægnata cum patientia superius parturierit, quousque in foro iudicis intrepidus audeat permanere, tunc enim fiet benignus & dulcis.

*De*

*De fixatione aëris super Elixir  
album fixum.*

**E**T cū aqua fuerit cum terra, & con-  
fixata terræ, tere & imbibe eam im-  
bibitione rorida, cum una parte aëris sui,  
deinde repone in phiala & inter cineres  
collocetur, ac lentus ignis detur per unum  
diem naturalem: secunda die cum sua no-  
cte detur fortior, & tertia die cum sua no-  
cte fortissimus, sed non fusionis. Et si ali-  
quid ascenderit reducatur super faeces, &  
sic fixabitur cum aqua, terra & sulphure:  
quoniam natura letatur natura, & docet  
fortiter præliari contra ignem, & peribit  
fuga ignis, per sequentem obviationem  
naturæ fixæ, fugienti & non fixo, quo-  
niam avis plumata detinetur deorsum  
in terra ab ave implumata.

Et quando nihil ascendet de aëre tunc  
detur ignis fusionis, per unum diem & no-  
ctem tantum, & efficietur lamina crysalli-  
na scilicet fulgens & lucida, quam ince-  
nabis super marmoreo lapide unciam  
unam cum aëre suo albo vel argento vola-  
culi

tili guttatim, postea decoque leni igne, & continua sic dictam incensationem, & decoctionem seu assationem, donec lique fiat citissimè sicut cera sine fumo super laminam ignitam, & tunc faciet suum motum deorsum in laminam quam penetrat & convertit.

Nam per reiterationem sublimationis partis non fixæ super terram fixam fixabitur totum & fluens efficietur.

Et scias quod iste modus fixationis differt ab alio superius dicto in vase, & in modo præparandi fermentum; sed uterque modus laudabilis est, & verissimus, quorum effectum præsentì faci.

Alteri verò vidi facere oculis proprii capitis, sed præsentis fixationis effectus citius efficietur, propter vasis dispositionem, quamvis non sit efficacior: scilicet secundum quid debilior: quia quam contra spontaneam voluntatem spiritus detinentur, cum volare non possunt in fixatione sua pura meracitate sicut desiderant; sed dispositione vasis coguntur detinere magis quam alterius vasis dispositione, in quo graduantur, volent & fixantur licet tardius, & sic finitur & completur.

Elixir

Elixir ad album, Fac ergo secundum modum quem volueris.

*De projectione istius Elixiris albi ad album.*

**E**X isto Elixire hoc modo preparato projice unam partem super triginta partes mercurii crudi, & in crucibulo calefacti, super ignem & fiet totum medicina super omnia corpora perfectione diminuta, & super ipsum argentum vivum. Projice ergo secundo unum pondus de ista secunda medicina super centum mercurii crudi calefacti in crucibulo super ignem, vel super centum cujusslibet corporum imperfectorum super ignem fusi, & totum converteretur in purissimam lunam multo meliorem quam de minera naturali productam: melius est facere projectionem de decem in decem donec medicina conversa sit in corpus metallicum.

*De*



*De fixatione & compositione elixiris  
rubei ad rubeum.*

**E**odem enim modo sicut dictum est ad album, ita hic ad rubeum componendum intelligas, quoniam nullo modo differunt in modo faciendi, sed solum in ponderibus & elementis rubeis: Circa quod notandum est quod omnia quæ in ipsius compositione miscentur, debent esse rubificata à sole soluto, sed pondera sunt in isto modo observanda; scilicet cum duobus ponderibus fermenti & uno cum dimidio ignis debent misceri tria pondera aquæ rubæ, partem post partem assando, fixando, & sublimando, & quod sublimatum erit reddendo, conterendo, & incorporando, & sublimando, quousque tres partes aquæ rubæ fuerint confixatæ, & nihil superius sublimetur ex illa.

Postea super istam aquam fixam cum fermento & sulphure rubeo, fige tria pondera aëris rubei partem post partem leviter assando in principio, Et deinde sublimando, & quod superius elevatum fuerit, resti-

restituendo, donec totum sit fixum, & efficiatur lamina lucidissima. Demum super lapide marmoreo inceretur gradatim cum oleo suo rubeo, quod est aurum volatile, donec fluat sicut cera sine fumo, & sic erit completum elixis ad rubrum.

*De projectione elixiris rubei.*

**P**rojice unam partem istius elixiris super triginta partes mercurii crudi, & calefacti in crucibulo super ignem, & fiet totum medicina super alium mercurium.

Deinde projice unum pondus super 100 partes mercurii vel alicuius corporum perfectione diminutorum, & totum efficietur aurum multò melius quàm de mineris productum.

*De recapitulatione tertii gradus lapidis.*

**R**ecipe medicinam superius confectam albam vel rubeam, & eam dissolve in aqua sua alba vel rubea, si nempe fuerit alba dissolvatur in aqua sua alba; & sepa-

## 284 *Philosophorum Magisterii*

separa exinde Elementa : primò recipiens aquam , deinde oleum , & remanebit terra deorsum ; quam calcinare debes : postea, hanc terram calcinatam junge cum duabus partibus aquæ suæ rubæ si medicina fuerit rubea , terendo & imbibendo & suaviter decoquendo , quousque incorporentur & in unum permisceantur , & postea totum sublimetur citò , quousque terra cum sua aqua elevetur totaliter , & si aliquid non sit sublimatum , adde ei vicissim aquæ vivæ rubæ sublimatæ , quantitatem post quantitatem , ut summa volatilis superet summam fixi quousque ad elevationem illius sufficiat , sic vice post vicem iteramus super ipsam sublimationem quousque secundo & tertio totaliter elevetur.

### *Hic fit de volatili fixum.*

**E**T cùm tertio jam fuerit elevatum, tunc reïtera illius sublimationem cum igne leni super ipsum quousque per hanc administrationis reiterationem totum fixetur deorsum. Postremùm verò incera cum oleo suo rubeo, & citissimè liquefiet sine fumo.

*Et*

Et sicut jam dictum est de medicina rubea, sic intellige de alba, ad tertium dignitatis gradum sublimiter exaltanda.

*De projectione medicina rubea  
tertii gradus.*

**D**E ista medicina projice unum pondus super 1000. partes mercurii crudi in crucibulo ferventi super ignem, & fiet totum medicina super alium mercurium crudum. De ista secunda medicina iterum projice super 1000. partes argenti vivi crudi calefacti unam partem, & fiet iterum totum medicina super alium mercurium crudum; & iterum de ista tertia medicina congelata projice unum pondus super mille pondera mercurii in crucibulo ferventi super ignem, & fiet totum aurum multò melius quàm de mineris productum, in omni judicio optimum. Hoc, similiter, eodem pondere facit super unum quodque imperfectorum corporum convertendo ipsum in verissimum aurum. Et consimilem virtutem convertendo in argentum, medicinam albam ad hunc tertium gradum elevatam

obtinuisse dubitare non debes, quoniam cadit unum pondus super mille in medicinam veram, & unum illorum super alia mille pondera, Et terribè super alia mille in argentum perfectum & perpetuum. Quapropter in sublimando ea piger non debes esse.

*Deo Gratias à quo cuncta procedunt.*  
 Moris namque valde est laudabilis & decori ut soli Deo pro beneficiis in nos, non nostris meritis, sed sua benevola benignitate collatis, gratias referamus, qui magnitudine suæ potestatis materiam sustinet totius mundi, tribus appendens digitis molem terræ & conservans omnibus modis ordinem, qui figit figuras, disponit omnia sub certo pondere & mensura, dat affluenter omnia, à quo omne datum optimum, & omne donum perfectum, qui dat vegetantibus vegetare, sentientibus sentire, ratiocinantibus ratiocinari, sine quo nihil validum nihil securum, à quo omnia, per quem omnia, in quo sunt omnia, qui est supra omnia, non elatus; infra omnia, non depressus; extra omnia, non exclusus; intra omnia, non inclusus.

Id

Adcirco de misericordia ipsius confidens, licet immeritus pro beneficiis gratias ei ago, de peccatis veniam petens, ab eo qui non solum septies, sed usque septuagesies septies petenti peccata dimittit, qui totum hominem sanum fecit, opus imperfectionis non facit, & oculos cæci sputo illuminans ipsum illuminavit, paulo altius inchoans quam tenuitas meæ intelligentiæ requirit, de occulta sapientia quæ meteora sive astrologia nuncupatur, ausus fui detegere & sub compendio licet prolixo quædam per multa dispersa volumina, quæ ab Antiquis fuerunt obscure tradita, at obscura ab eorum posteris huc usque derelicta, vigilantī studio assidueque lectione, præsentī volumine non ænigmaticè neque figurativè, sed Philosophicè sub planis sermonibus serie comprehendere, cujusdam maximè precum, instantia postulantis, quo legenti & studentī, ad prædictæ Philosophiæ gradus, Deo duce, cujus nomen invoco, facilius pateat ingressus: & transcurso cum diligentia volumine perscrutetur, in quibus hæc philosophia consistat, prout brevius potui ple-

pleniùs referavi, & ex illis quæ vidi & feci, ac expertus sum & fui.

Rogo itaque legentes mecum zelo iustitiæ non cupiditatis honore ut suppleant, si quid inveniant diminutum, abscindant superfluum, tolerandum excusent, erratum corrigant & emendent, verbum Augustini sequantur, dicentis, Ego sum in scriptis aliorum, qualis esse volo inter labores.

*De recapitulatione finali totius magisterii. De primo gradu.*

**U**T autem totum magisterium, Lector studiosus & diligens, sub minori brevitate sermonis, licet jam proximiorē tradiderimus per modum cuiusdam repetitionis: Et ut clariùs diversitatem graduum faciliùs universaliter comprehendere vel capere possit: hanc tamen recapitulando & epilogando, concludimus, quòd opifex, tamen noto lapide primi operis, super ipsum opus sublimationiscontinuitate non cesseret, ut meliùs ad subtilitatem disponatur, & ad secundum gradum faciliùs transeat.

*De*

*De secundo gradu.*

**D**Einde cum eo soluto & sublimato subtiliterur ejus additamentum scilicet supplementum album vel rubeum, donec in ultimam subtilitatis materiam deveniat : scilicet dividendo ipsum per quatuor elementa, & ultimò totum volatile fiat per conjunctionem eorum, decoctionem & sublimationem primò in sulphur album, & postea rubeum, Ab hinc verò cum fixationis modis figatur donec in ignis asperitate quiescat, & sic secundus appellatur præparationis gradus : in quo quidem gradu una perfectionis præparationis meta consistit.

*De tertio gradu.*

**S**ed & tertio similiter lapis administratur gradui ; quo in ultimo constat præparationis complemento : Et est ut jam fixum lapidem, cum non fixa pro te reservata per modum solutionis & sublimationis volatilem facias, & volatilem fixam, & fixum solutum, & solutum

N iterato



## 190 *Philosophorum Magisterii*

iterato volatile , ac iterato volatile fixum , quousque fluat & alteret in complemento solificio , aut lunificio vero & certo.

Ex iteratione igitur præparationis hujus tertii gradus resultat in medicinis bonitas alterationis multiplicatio & ex diversitate reiterationis operis super lapidem in gradibus suis resultat multiplicationis bonitatis alterationis diversitas : ut ex medicinis quædam sui centuplum : quædam verò decuplum , quædam millesimum , & quædam in infinitum solificium verum , & perfectum lunificium transformet corpus secundum præparationem elixiris ad album , vel ad rubeum.

### *De annexione graduum & fine operis.*

**E**X quorum quidem trium graduum ordine debes intelligere , quòd gradus isti in suis regiminibus sic invicem sunt connexi , ut quando unus eorum finit , alter incipiat , & quando alter incipit , reliquus finiat. Ad quòd designandum est , quòd secundus principio caret atque fine ,

sed finis primi gradus est principium secundum, & principium tertii finem secundum ad se trahit.

Ut prudenter Lector sapientiam intelligat, five artifex, judicet quod expleto primi gradus regiminibus cum secundus jam sit inceptus non est ab opere desistendum, sed ad regimina secundum gradus transeundum: nec in fine secundum desistendum, sed continue operandum quousque gradus omnes compleantur & lapis constet in ultimo preparationis complemento.

In hoc quidem completur arcanum pretiosissimum, super hujus mundi arcanum inappretiabile pretium, & omnium Philolophorum Thesaurus.

*Ad gloriam Dei qui sine fine vivit & regnat. AMEN.*

*Qualis debeat esse artifex in suo opere, & quales coadjutores cum se habere debeat.*

**N**unc videamus qualis debeat esse Artifex in suo opere, & quales qualitates

itates in se habere debeat.

Oportet enim artificem hujus scientiæ in se habere arbitratiam libertatem, Deum esse timentem, totisque viribus honorantem, & ad gloriam Dei laborantem: quia totum opus suum à Deo dependet, qui dat bonis scientiam ac ingenium, & cognitionem rerum faciendum ut charitatem in omnes exercent. Præterea, artifex peritissimus operis sui esse debet, studiosusque & non curiosus rerum hujus mundi, nec vanis curis, ac solitudinibus implicatus, vel aliis, propter inopiam detentus.

Dicit enim *Geber*, & est notabile, quodd sunt aliqui, se in omni negotio seculari totos occupantes, à quibus nostra pretiosissima sententia refugit.

*Arnaldus* etiam *de Villanova* dicit in suo Aphorismo, quodd sollicitè vacans commodo temporali, non solum inutilis, sed etiam nocivus est pluries in operando.

Quamobrem hac ratione compellitur artifex in suo opere, probos viros & fideles, ac potentes, tanquam socios

focios legitimos , & indeficientes habere , qui tanquam providè participant in opere , ipsum juvent ad magisterium perficiendum sicut secretè decet , salvis honoribus & auctoritatibus cujuscunque ; & verè omnes unanimiter existentes in hoc summo divino opere , cum sit arcanum spirituale, constanti perseverantia , & sine deceptionis scrupulo , & sine fraude persistere debent tanquam virtutis amantes, operantes in Domino : fortiter & justè aliter alterius onera portando , quia sic hæc pretiosissima ars nostra exigit.

## A D M O N I T I O.

**Q**uia autem hoc magnum opus siue  
magisterium Philosophorum quod vo-  
bis clarissime doceri, maximum impen-  
dium & tempus petit, quod tantum maxi-  
mè convenit hominibus otiosis & valde  
divitibus: Tamen nolite animos daponere;  
nam ut pauperes curiosi, tamen pietate  
pleni, justè laborent in Domino, & in  
hoc mundo vitam tranquillam ducere pos-  
sint: Post hanc supradictam Revelationem  
veri Magisterii sapientum vobis doctam,  
etiam librum de operibus particularibus  
apposui, sine ambagibus nec enigmatibus,  
qua tamen vili pretio fieri possunt tempore  
breviori, & sine magno labore. Ita ut ad  
alias rationes, nec ad alia scripta recur-  
rere debeatis, cum tam in initio quàm in  
fine meorum scriptorum, veritatem sincerrè  
vobis declaraverim.

De



*De doctrina ad medicinas  
particulares faciendas.*



ARTICULARIA opera verò à magno opere Philosophico pendent & apud Philosophos opus minus vocantur: & hæc particularia fieri possunt ex materia metallorum imperfectorum, virtutes ac essentiam eorum extrahendo, solutione & coagulatione mediante, scilicet in mercurium ea resolvendo & postea coagulando, & tandem calcinando, sicut posthac videbitur.

*De aliquo particulari albo.*

CUM autem volueris ex argento aliquam medicinam particularem & simplicem componere: accipe calcem albam quæ remanet munda & pura post spirituum resurrectionem, & eam dissolve in aqua sua spirituali, conterendo &

N 4 con.

conglutinando donec sit pasta fulgentissima, postea in vase distillationis pone, ut ibi superflua humiditates exhalari possint, & sit vas optimè clausum suo coopertorio, & in balneo tepido collocatum, tamen sit balneum inter tepidum & feruidum, in tali calore dimitte fermentare & quiescere materiam tuam, & sic subtilissima pars ejus humiditatis exhalabitur à calore suæ propriæ naturæ, & partes crassiores hujus humiditatis ad corpus inclinans, inspissabuntur & coagulabuntur, & sic eas conservare debes in suo igne, ut tandem perfectè sint commixtæ ac unitæ cum partibus siccis.

Nam cum tale humidum habeat in se subtilissimas partes fixas, imò possunt invicem densari & inspissari calore inspissante, & hoc est causa sui magni ponderis.

Si igitur ab omnibus faculentis terreis quæ in radice naturæ sunt unitæ, per præparationis modum jam dictum, materia fuerit absoluta cum jam sit subtilitas in sua substantia, & uniformitas in essentia: ita ut nihil intercedat inter partes, fiet per hanc ignis administrationem debitam.

**B**eam, nempe per decoctionem temperatam, ex eis paulatina resolutio & inspissatio bona, & ultima mixtio ut cum ignitione lique scat. Ignis enim lentus humiditatis est conservativus, & fusioni idoneus, non superexcedens, fortis vero ignis est humiditatum consumptivus & fusioni nexius.

Causa verò ponderis est magna subtilitas substantiæ corporis & uniformitas in essentia: per hoc enim partes ejus densari possunt, cum nihil intercedat, & sic densatio partium est ductio ponderis & ipsius perfectio.

Studeas igitur, in quantum poteris exhauriendi humiditatem superfluum ab aqua mercuriali, quæ per operationem sublimationis reiteratæ separatur per ingenium artis, naturam imitando.

Circa cujus perfectionem, notandum est quòd argentum vivum purissimum, quod prius separatum est à puro, magis decoquitur per solutionem continuitatis ei proportionabilis, quàm per solutionem argenti vivi discontinuitatis: quia tunc permiscendo & conglutinando ad formam lapidis metallici, videlicet, omnes partes

N 5. calidi



calidi insimul concurrunt ad digerendum utriusque partes, scilicet humidi & sicci, cum conjunctione & unione inseparabili, cujus signum est ductibilitas & vera continuatio suarum partium ad ictus martelli, vel etiam ad aquam solutam permanentem corporum, à non permanenti in aërem & oleum, separandum: quod re- rum diligenter notare debes, & ad hoc animum ducere.

Esto ergo ingeniosus separandi natura à natura, per naturam & cum natura te juvando: & semper sequaris voluntatem naturæ & possibilitatem ejus, & non vice versa. Et cognoscas quid est quod separas à re separanda, & quid remotum, & quid remotius, quid verò propinquius & quid proximius perfectioni majori consistit. Si verò separationem naturarum cum suis proprietatibus cognitionem habeas, videbis quasi per speculum ex confusione tenebrosa, opus separationis elementorum cum fulgore, ex aquis & igne factam fuisse.

Præterea si ex mera substantia lactis, subjectum medicinæ fuerit compositum, rutilans in claritate, fulgens in albedine

rema-

remanebit : Ita ut per beneficium suae  
luciditatis, splendore corpora tenebrosa  
clarificabuntur, & in veram speciem solis  
& lunae transsubstantiabuntur : nam quo-  
ties purissima substantia ejus projecta  
fuerit, illustrabit alia corpora à per-  
fectione diminuta & sua fixatione perfici-  
sint ea.

*De quadam particulari medicina rubea  
ad introducendum in albo particu-  
lari, & qualiter rubedo auri tingit  
albedinem luna, & quomodo mul-  
tiplicatur citrinitas super albedinem  
luna.*

**S**umat dimidia uncia calcis purissi-  
mae ex solo lacte argenti purissimi con-  
fectae, & imbibere eam de lacte rubeo, con-  
terendo, imbibendo & assando quousque  
biberit triplum sui, deinde desicca & cal-  
cina, tunc pondera, & vide si calx reti-  
nuerit secum de substantia lactis usque ad  
duplum sui : si verò retinuerit bene est,  
si non adhuc, eam cibare debes imbibendo,  
desiccando, & tandem calcinando, do-

nec ad duplum secum retinuerit, aut plus: quod melius est, . postea cum ista calce incorpora & junge quartam partem ejus de calce finissima rubea ex auro puro facta, & totum hoc imbibendo dissolve cum lacte rubeo, quousque fiat sicut pasta dura, deinde coagula igne denissimo, post iterum imbibis & iterum coagula & rursus imbibitionem & solutionem ac coagulationem sicut dictum est de albo, & de ista medicina projice super lunam fuscam, & citrinabitur citrinitate peculiaris multum citrinās.

Item intellige doctrinam circa multiplicationem tincturarum quæ partes aquæ rubæ magis viscosæ & puræ multiplicantes & iis dant tincturam : quia in qualibet dissolutione partes magis subtiles & fixæ retinent illas, quæ postea per adustionem decoctionis, magis ad rubedinem intenduntur ex natura propria mercuriali; & quia subtiliores sunt, magis se extendunt & dilatant, & per consequens magis tingunt propter augmentationem tincturæ, quam ipsa medicina acquirit à præfato argento vivo accidentali in aquam rubeam converso in qualibet sui dissolutione: non propter diffusionem tantum suam.

~~Sub~~ substantiæ subtiliatur, sed propter partes magis subriles & rubeas quas acquirit, & retinet in sui dissolutione à partibus subtilioribus ipsius mercurii accidentalis, informatis tamen à sulphure auri digestis, & quia ex proprietate sulphuris accidentalis generat per ignem colorem rubicundissimum: etiam ex proprietate coloris auri digesti, informat ipsum ne à recta operatione se deviet, nec in alium colorem terminetur: quia vera tinctura auri nostri multiplicati, debet esse colore sanguinis animalium tinctum: & secundum quod tincturam acquirit per artis operationes, tingit naturam imperfectam metallorum.

*De vasis ad opus Philosophicum  
necessariis.*


**Q**UAMVIS multi Philosophi dixerint plura vasa ad hoc opus oportere: tamen duo tantum sufficiunt: Nempe matrarium, & aludellum: Sed quamvis multis pluribus aliis vasis usi fuerunt, tamen in istis duobus totum absolvitur opus.

Primum vas in quo fiunt dissolutiones metallorum ; & in mercurium reductiones per primam putrefactionem, in initio operis post præparationem mercurii , vocatur matrarium, & signatum est per literam A.

Aliud vas , aludellum vocatur, quod in tribus partibus distinguitur cujus prima pars & præcipua , est copella quæ facta est ad modum lampadis vitreæ, in qua copella , materiæ dissolutæ ac depuratæ decoquuntur & mortificantur : & copella signata est per literam B.

Secunda pars hujus vasis aludelli, consistit in uno magno cooperculo quod intrare debet in copellam usque ad retinaculum , & sic materia cooperiatur ab isto cooperculo , quod copellæ lutari debet luto chartaceo , in quo cooperculo partes crassiores spirituum sublimantur & elevantur , & in lateribus cooperculi tendunt : hoc cooperculum tamen à parte superiori debet esse perforatum ad modum infundibuli brevi collo , & cooperculum signatum est per literam C.

*Alia*



[illegible]

Alia verò pars hujus vasis , est unum parvum operculum , ut ab ipso quarta pars magni cooperculi sit recta, & ibi parvum operculum luterur , & hoc operculum non debet esse perforatum in superiori parte in qua spiritus magis subtiles elevantur , & à crassioribus separantur , & per foramen magni cooperculi transeunt , & in parvum cooperculum intrant , & sursum tendunt , & ibi remanent , & ideo cooperculum parvum non debet esse perforatum ; sed cum magno optimè lutatum luto chartaceo , ut natura subtilis non evaporetur & hoc parvum operculum signatum est per litteram D.

Ex istis tribus partibus simul junctis fit vas integrum quod aludellum vocatur , in quo sublimationes , distillationes , coagulationes , atque mortificationes & putrefactiones essentielles fieri possunt : Verumtamen in putrefactione essentiali operculum perforatum necessarium non est : sed parvum operculum est idoneum , in quo subtiliores partes elevantur , & ad summam



304 *Philosophorum Magisteria &c.*

mitatem adherent , Et partes crassiores spirituum mortificantur in copella cum corporibus mortificantibus , & cum partibus fixis remanent , & moriuntur.

In isto vase verò , resurrectio mortuorum , & calcinatio fieri possunt. Summa , omnes operationes sunt in istis duobus vasis.

OPVS

**OPVS  
PHILOSOPHICVM**

*Quod OPVS IOVIS nuncupatur,*  
*Cum aliis OPERIBUS Particularibus*  
**DE  
TRANSMVTATIONE  
METALLORVM**



OPVS PHILOSOPHICVM  
QVOD OPVS IOVIS  
nuncupatur.

**I**NITIUM huius operis est ex Iove mercurium extrahere, & cum mercurio communi præparato commiscere, ut fiat decoctio harmonica, sive conjunctio naturalis absque separatione.

*De modo mercurium Iovis  
extrahendi.*

**D**Iversis modis hic mercurius extrahitur: sed modus optimus est accipere sal ammoniacum in quo magna vis revivificationis latet, quia Iupiter non aliud est quam mercurius à quodam sulphure terrestri ac impuro coagulatus, & hoc sulphur non est illi naturale, sed accidentale quod removeri debet à materia Iovis, arte mediante: & cum hoc sulphur

phur remotum fuerit , materia revivificatur , & in mercurium vertitur.

Recipe ergo sal ammoniacum , & in aceto forti , bis aut ter distillatum , dissolve & igne leni digere 24. horis , sic digestum hunc liquorem distilla per retortam , & per collectiones iteratas extrahe totum spiritum ex sale prædicto, aceto distillato mixtum ita ut nihil in fundo vasis remaneat, nisi terra hujus salis, scilicet faeces.

Substantiâ hujus salis extractâ & spiritui aceti admixtâ, in ipsa dissolve quartam partem salis tartari purificati : & totam dissolutionem per retortam distilla, & itera donec totum in spiritum purum conversum fuerit : tunc est dissolvens potentissimum ad metalla imperfectiora in mercurium reducenda.

Dissolve igitur stannum in isto liquore , & 15. diebus digere , deinde distilla igne leni totum hunc spiritum dissolventem , ita ut materia in fundo remaneat inter siccam & humidam ; postea eam edulcora aqua dulci communi , aut pluviali : materiam edulcoratam desicca igne leni , & ipsam desiccata in vase aludel-  
li.

Et pone, & ignis vi, metallum in mercurium reductum sublimabitur, tamen sit ignis lenis in initio, postea auge, & tandem sit fortissimus donec aludellum ignescat.

Et quia hunc mercurium aliis modis extrahere possumus, alibi de eo aliquid dicam.

Reitera operationem donec tota materia conversibilis, sit in mercurium conversa.

### *De preparatione & ablutione huius mercurii.*

Recipe tres aut quatuor libras, aut tantum quantum volueris Mercurii supra dicti, & sale preparato & aceto distillato ablue, bis vel ter, ut tota nigredo quæ nihil aliud est quàm substantia sulphurea ista separetur ab ipso, & mercurius clarus veniat & purus: tunc erit perfectè præparatus; Deinde igne leni materiam ablutam desiccare debes, deinde in quodam vase terreo non vitreato cam pone, & alio vase huius naturæ obruta ac bene luta luto sapientiæ, tamen supercooper-

cooperculum terreum capam vitream alembici impone, ut aquam quæ à prædicto mercurio exhibit, recipias, & continua hanc desiccationem quousque nihil amplius de aqua dicta ascendat ad capam. Hæc aqua. verò bona est ad scabiem curandam.

Et sicut fecisti de Jove, ita fac de Saturno, si vis ejus mercurium extrahere, quia unus mercurius extrahitur, & præparatur sicut alius.

*Initium operis post præparationem  
mercurii supradicti.*

**F**inita præparatione mercurii, incipitur opus. Cum ergo in nomine Domini operari volueris. Recipe vitrum aptum ad opus tuum, & affunde in ipsum tres vel 4. aut 5. uncias dicti mercurii præparati, & in ipso mercurio dissolve unciam unam argenti foliati, aut in limaturam reducti: & vas diligenter obtura, ut nihil evaporare possit; & hæc obturatio cum sigillo hermetico fieri debet. Deinde colloca vas tuum inter cineres cribellatos, & sit vas ex cineribus coopertum usque

usque ad summitatem suam in magna scutella terrea, & hæc scutella ponatur in alia magna scutella terrea vitreata, ita ut distantia unius ab altera sit medii digiti ubique observata, & in furno posita; post furnum & vasa cooperite debes cum magna campana terrea, habente duas palmas latitudinis, & totidem altitudinis, quam diligenter lutabis luto cinerum, & igne leni per 3. aut 4. dies hanc materiam decoque, ita ut vitrum moderatè calefiat, & talis ignis sit trium aut 4. carbonum competentium, & directò stantium sub vase continenti.

Postea multiplica ignem paulatim, in tantum ut fornax sit ita calida ut vix possit manus supra campanam teneri: & dictum ignem continua sexaginta aut septuaginta diebus: quo facto permitte infrigidari furnum per duos dies. Postea campanam remove, & accipe vas vitreum, & ipsum frange, & invenies materiam tuam in pulverem nigrum conversam, & hæc est prima decoctio.



*Sequitur secunda decoctio per quam fit  
variatio coloris.*

**H**unc autem pulverem nigram recipe , & ipsum supra marmoreum tere , quem tritum in alio vase include , & cum pulvere , quatuor uncias dicti mercurii præparati junge , & pone vas tuum in furno post sigillationem vasis. Deinde obtura furnum sicut supra dictum est in prima decoctione , & similiter ignem administra per spatium 40. dierum ; diebus peractis sine furnum infrigidari ut prius postea furnum aperire debes , & vitrum in quo sunt pulveres recipe , & ibi materiam totam in pulverem colore burelli reperiens , & hæc est secunda decoctio.

*De tertia decoctione.*

**I**stum igitur pulverem recipe & tere ut prius , & in vitro pone cum eo septem uncias mercurii dicti , & vas sigilla , & in furno colloca , & obtura furnum sicut dictum est , & ignem administra per 40. dies.

dictis, quo facto, sine infrigidari, & postea vas aperiendo, pulverem colore cinerum habebis.

*De quarta decoctione.*

**R**ecipe pulverem & tere & cum eo junge dicti mercurii decem uncias, quibus apposis, vitrum sigilla, & in furno colloca, & obtura furnum, & decoque igne & tempore dicto, quo facto, permisce ut furnus frigescat, & vitrum frange, & pulverem colotis farinæ reperies, & sic quarta decoctio absolvitur.

*De quinta & ultima decoctione.*

**D**ecoctio ista nihil aliud est quam reiteratio quartæ decoctionis cum eodem regimine ignis & temporis, ac dicti mercurii additionis pulveri trito, decoctione peracta, frange vitrum & pulverem recipe quem colore crystalli reperies, serva igitur hunc pulverem cum diligentia, quia completum est opus.

*De purgatione Iovis ad fermentationem.*

**R** Ecipe stanni finissimi & de ipso tantum quantum volueris funde, quod fustum in aliquo bono lixivio è cineribus samentitiis facto extingue, deinde iterum funde, & fustum injice in vas cineribus plenum, & iterum funde, & injice in vas aluminis rupium plenum, & sit alumen bene contritum: hoc autem fac bis vel ter, in quolibet materiali, ut bene purgetur. Deinde iterum funde & supra mensam nitidam ipsum fustum extende ut fiat lamina tenuis.

*De fermentatione pulveris.*

**R** Ecipe pulveris crystallini unciam unam, & pone in crueibulo aliquo magno terreo: Deinde cum tribus unciiis mercurii præparati junge illic; postea, Recipe uncias sex stanni purgati ut supra & id funde, cum verò fustum fuerit pone ipsum calidum infra dictum vas terreum, & statim obtura diligenter ut nihil in fumum exeat; postea supra magnas prunas dictum

dictum vas colloca, & multiplica ignem quantum poteris, ita tamen ut sufficiat ad materiam bene calefaciendam, & sit vas igni circumdatum ita ut prunæ vas tangent, & continua hunc ignem 4. horis. Deinde vas ab igne remove & frigescenti permitte, frigefacto, eape quod intus reperies & diligenter serva, & cum de hac materia operari volueris ad multiplicationem medicinarum, fac ut sequitur, & nota quòd totum fermentum in medicinam convertetur.

*De multiplicatione medicinarum.*

**R** Ecipe has decem uncias hujus medicinæ jam fermentatæ, & appone octo aut decem uncias stanni præparati, & simul funde in crucibulum, & habebis 18. uncias medicinæ, aut 20. secundum quantitatem additionis, & sic satis erit partem cum parte æquali jungere, & totum fiet medicina: quia pulvis jam alteratus additione ejus alium alterat, & in suam naturam convertit, sicut fermentum pastæ, pastam nondum levatam in fer-

O 2 mentum

mentum convertit : & sic pulveres ad infinitum convertuntur in fermentum.

Adde igitur cum 20. unciiis hujus fermenti quod jam feceris, alias viginti uncias stanni purgati ac præparati ut supra, per eundem modum quem fecisti, & habebis 40. uncias fermenti : & sic semper duplicando, fermentum fermentabitur.

*De projectione hujus medicinæ.*

**R** Ecipe hujus medicinæ, aut fermenti uncias decem, & unam argenti foliati, ac in mercurio præparato dissoluti, & totum insimul decoque in crucibulo per 4. horas, primò igne leni, secundò fortiori, & tertio fortissimo igne, ut totum simul fundatur, & totum fiet medicina de qua uncia una projicitur supra decem uncias stanni finissimi, & totum erit medicina, ad projiciendam supra septem libras stanni dicti, & totum erit argentum optimum. Et hoc fit propter purificationem ac materiæ decoctionem, & fermentum optimè depuratum, quia purificatio extrema unius alterum mundificat & purificat.

Verum-

Verumtamen , quum primò volueris decem uncias jungere cum uncia una argenti foliati, Recipe mercurii præparati, sicut jam dictum est , tres uncias , in quibus solvere debes argentum dictum ita ut sit tanquam pasta dura , & sint bene mixta , deinde misce hanc pastam cum unciis decem fermenti dicti , ipsaque per 4. horas decoque ut dictum est.

Scias igitur , ô sapiens curiose , quodd ad laborem evitandum : non oportet nisi fundere stannum in olla, & cum fustum fuerit, statim projicere de medicina, quando est in colore crysalli , ad quantitatem unius uncix supra septem libras stanni ; & optimum argentum habebis , sed melius est & securius cum luna fermentare ante projectionem , quia sic virtus medicinarum multiplicatur & decuplicatur.

Similiter est notandum ad evitandum laborem, quod quando pulvis erit in colore cinerum mortuorum , potest fieri projectio de una uncia supra uncias septem stanni purgati , & fiet fermentum quod fermentare poteris cum una uncia argenti foliati, sicut dictum est , & erit medicina de qua uncia una projicitur su-

pra libram unam stanni finissimi.

Et quum medicina fuerit in colorem farinae frumenti reducta, projicere poteris, tamen cum luna fermentata, unciam unam supra quatuor aut quinque libras dicti stanni.

Et tandem quum medicina fuerit in colore crystalli, fermentatur ad infinitum, ac multiplicatur, etiamque ad infinitum projectio fieri potest. Sed semper recordari debes cum argento medicinas fermentare, scilicet supra septem uncias fermenti sive medicinae supradictae, fermentare debes cum una uncia argenti foliati & in mercurio dissolvi ut prius dictum est: quia sic medicinae fusionem expectant cum ignitione sufficiente, & naturam stanni crudi informant, & decoquunt, & in naturam argenti reducunt. Et sic Philosophi bene dixerunt, quum istis verbis arguerunt; dicendo, *res perfecta perficiunt, & purissima purificant, & subtilissima subtiliant & sublimant: quia natura agit in naturam, & cum ea luctatur, & sic fit actio & passio rerum unius naturae.*

*Quando*

*Quando potest medicina recipi ad  
projectionem faciendam.*

**I**tem est notandum quod in fine 4. mensium definit tertia decoctio, & tunc pulvis est in colorem cinerum mortuorum reductus, & de eo pulvere sicut dixi una uncia projicitur supra decem stanni purgati, & fit fermentum quod jungere debes cum una uncia argenti dissoluti ut dictum est.

Et quum medicina fuerit colore farinae, recipi potest in fine 5. mensium & semis, & operandum sicut dictum est.

Et quum fuerit medicina in colore crystalli, in fine septem mensium recipere poteris, & sicut in multiplicatione ejus positum est & scriptum, cum additione fermenti argento facta, & cum eis operari, deinde supra dictam quantitatem stanni projicere.

*Finis hujus Operis.*



*Hic incipit alius modus ad Iovem in  
Lunam mutandum.*

**E**Xtingue Jovem factum in aqua calcis  
testarum ovorum , postea in aqua  
aluminis , deinde extingue ipsum in aceto  
fortissimo : ut fridorem ac facilem fu-  
sionem perdat. Hunc accipe & amalgama  
cum æquali quantitate mercurii optime  
lotiac per sublimationem preparati. Pos-  
tea ipsum lava aqua communi & sale  
communi preparato : Deinde aqua ca-  
lida amalgama ablue , ut nihil de sale ibi  
remaneat , & sic olarifica bene materiam  
& postea deficca. His peractis , totum  
amalgama per retortam sublima , primo  
igne mediocri , per spatium unius horæ  
Deinde ignem auge paulisper , & tandem  
sit fortis , postea fortissimus , ut mercuri-  
us separaretur à Iove : eo separato , lave  
mercurium & deficca , & per filrum tra-  
jice mercurium , & iterum amalgama cum  
Iove in fundo vasis remanente , ablue &  
mundifica ut prius , aqua & sale , & extra-  
he similitudinem , aqua calida mediante , &  
iterum

iterum sublima in retorta, ut mercurius à Iove separaretur & sic retorta septies: ultra adde & cum eo funde æqualem partem lunæ, & trajice stannum & lunam per copellam, & ferè totum erit luna optima.

*Aliter.*

**S**i luna optima addatur in principio & totum fiat amalgama: hoc amalgama ablue, & mercurium à Iove & luna separa per dictam sublimationem: id fiet citius & potentius, quia luna Iovem optime indurat, cum insimul amalgamata fuerint. Mercurium separatim ablue & desicca; postea accipe quod in fundo vasis remanet & tere in pulverem, & iterum amalgama fiat de ipsis cum mercurio abluto, decoque amalgama igne leni in aludello per 24. horas, postea quod in fundo restat tere, & projice supra quartam partem lunæ fusæ, & totum erit luna optima.



*Alia*

*Alio modo.*

**F** Unde stanni finissimi & sicut dictum est purgati cum luna optima, & totum erit pasta sicca, reduc hanc pastam in limaturam tenuissimam, & in mercurium calidum injice materiam, scilicet limaturam calidam, nempe unciam unam limaturæ supra 8. uncias mercurii, & sic amalgama fiet, quod abluere debes donec totum sit clarissimum ac nitidum; postea sublima igne leni quod sublimari poterit, & paulatim ignem auge de sex in sex horis donec nihil ascendere possit in aludellum, deinde materiam in fundo reliquam funde, & erit luna perfecta.

*Ad Iovem in Lunam.*

**R** Ecipe materie Iovis q. v. & fortiter calcina in crucibulo, semper movendo spatula ferrea, donec tota materia in pulverem vertatur, & sit pulvis exactissimus; hunc pulverem solve in mercurio præparato & ab omni sorditie depurato, & tere donec totum sit in pastam reducendum.

Etum. In alio mercurio etiam præparato lunæ finissimæ quartam partem solvere debes; scilicet solve quartam partem Lunæ; nempe unciam unam in mercurio præparato, & sit sicut pasta molli per lineum tamen transmissa. Deinde mercurium evapora dulcè, ut luna calcinetur; collige quod elevatum est, & seorsum serva: deinde auge ignem, & evapora residuum mercurium in luna remanentem, & sic continua donec habeas calcem lunæ; hanc calcem lunæ fortiter calcinare debes per 12. horas in crucibulo terreo, & sit semper crucibulum candefactum, sed cave ne luna fundatur.

Recipe igitur hanc calcem, & eam imbebe de mercurio Iovis dissoluti ut dissolutio mortificetur, postea decoque hanc materiam mortificatam per 4. aut 5; aut 6. dies; deinde tere materiam & in pulverem reduc; & imbibitionem ac decoctionem itera, donec tota materia sit in pulverem reducta.

Postea funde argentum in crucibulum, & in dictum argentum fustum hunc pulverem injice, tamen vice post vicem, & totum in lunam finissimam convertetur.

*De multiplicatione hujus medicinae.*

**R**ecipe unciam unam hujus pulveris mortificati, ac cum calce lunaria jam decocti; & in quatuor uncis dicti mercurii præparati hunc pulverem dissolve, secundum artem dissolutionis, ita ut sit in mercurium conversum, deinde per modum quem tibi dixi mortificare debes. postea per 5. vel 6. dies cum decoquere ut valde indurescat mercurius, & tandem terere ut fiat pulvis exactissimus.

Postea pulveres recipe, & eos iterum imbibe ut prius, & decoque sicut dictum est donec tota materia in pulverem vertatur: & hunc pulverem super aliud argentum fustum paulatim injice sicut supra dictum est, & totum erit medicina fermentata, potens ad alium mercurium in argentum convertendum. Et sic medicinam hujus materię in infinitum multiplicare poteris, tam in corpore quàm in virtute.

Asserva igitur aliquam partem hujus medicinę ad multiplicationem medicinarum faciendam, & nunquam illa sis destitutus.

fitutus : scias igitur quòd uncia una tibi  
sufficere debet, cum sit medicina multi-  
plicativa.

Et sicut fecisti de stanno, similiter cum  
plumbo fieri potest. Verumtamen si vis  
circum plumbum laborare, oportet ejus  
mercurium extrahere, & ipsum per vias  
artis optimè purgare, quia in se multas  
superfluitates habet, quæ non sine magno  
labore separari possunt, quia multum di-  
stat à perfectione stanni. Labora igitur  
cum stanno, si vis abbreviare tempus:  
quia proximum est naturæ argenti.

*Ex quibus Plumbum & Stannum  
sunt composita, & de eorum  
differentia.*

**D**iximus antehac, omnia metalla ex  
sulphure & mercurio esse compo-  
sitæ, & diversitas eorum ab impuritate, vel  
à puritate horum principiorum provenit,  
sicut infra videbimus.

*De*

*De natura Plumbi, & de ejus  
compositione.*

**P**lumbum est metallum imperfectissimum omnium, immundum & sordidum, ab argento vivo impuro terrestri, non fixo, ac foetido compositum, & aliquo modo album obscurum in manifesto, sed in occulto rubeum, & simili sulphure impuro ac terrestri compositum; & in ipso puritas ac fixatio desunt.

*De natura Stanni, & de ejus  
compositione.*

**S**tannum est metallum nitidum, tamen imperfectum, ab argento vivo puro, partim fixo, & non fixo, compositum, & est album ac clatum in manifesto; & rubeum in occulto, & simili sulphure compositum: & nihil in eo deficit quàm coctio & digestio. Et hac ratione, promptius ac convenientius formam argenti accipit quàm saturnus, qui aliter Plumbum vocatur.

*Quare*

*Quare Plumbum vocatur Saturnus &  
Stannum etiam Iupiter vocatur.*

**A** Ntiqui Philosophi, nomen saturnis, plumbo dederunt, propter virtutes huius planetæ in ipsum fluentes viribus fortioribus quàm aliorum planetarum in tempore suæ productionis vel generationis, ac sui mercurii coagulationis & decoctionis. Et quia qualitates huius planetæ, quæ sunt frigida & terrestres, in ipsum fluunt, hoc metallum naturam saturni participat multò magis quàm alia metalla.

Et sic fit in productione vel generatione stanni, in quod virtutes ac qualitates Iovis influxerunt, & hac de causa hæc metalla accipiunt nomen horum planetarum.

Et quia in Turba Philosophorum dicitur, quòd unum metallum semper aliud continet in centro suo, & in uno solo metallo alia verè continentur, quod argentum vivum vocatur. Et quia omnia metalla sunt ejusdem naturæ metallicæ quæ sulphur & mercurius à Philosophis nuncupatur: Ideo possunt invicem unum in aliud



aliud murari ; & omnia in unum reduci  
scilicet in argentum vivum , & iterum in  
metallum converti , mediante igne natu-  
rali. Quod totum artifex notare debet, ut  
ad intentum suum perveniat.

Ergo, si ad transmutationem metallo-  
rum pervenire cupis , oportet primò , ut  
ea in argentum vivum reducas , & de ar-  
gento vivo in metallum perfectum con-  
vertas , quod nunquam fieri potest sine  
igne naturali metallico , & hoc est fer-  
mentum in quo sunt vires informativæ  
ac transmutativæ quæ extrahendæ sunt per  
dissolutionis modum : & postea hanc  
materiam fermentatam coagulare , ipsam  
decoquendo , & sicut vult natura operan-  
do , tamen igne leni mediante in princi-  
pio , deinde eum paulatim augendo , do-  
nec materia sit coagulata , & bene inspif-  
sata , ita ut postea eam in pulverem reda-  
cere possis.

### *De Saturno in Lunam.*

**R** Ecipe Saturnum ; & suam mercur-  
rium , secundum modum quem dixi  
extrahe , & ab eo terrestres materias in  
ipso contentas , per viam artis separa , ita  
ut

ut mercurius sit subtilissimus ac clarissimus : postea humiditatem nimis frigidam quæ in ipso remanet destrue , sublimationibus reiteratis , donec sit ab omnibus humoribus superfluis vacuus.

Postea huius mercurii optime purgati , & ab omnibus superfluitatibus separati , uncias decem recipe , & in eo unciam unam foliati argenti dissolve , ut formam lunæ capiat , dissoluta luna in prædicto mercurio , amalgama cum alia uncia lunæ foliatæ , & totum insimul dissolve , & hanc dissolutionem pone in vase sive matrasso vitreo , & hermeticè sigilla , & vas tuum colloca inter cineres cribellatos , usque ad summitatem ejus , & sint cineres in magna scutella terrea quæ vas continere debet , & hæc scutella ponatur in alia magna scutella vitreata , quæ tamen sit ab alia scutella unius digiti spissitudine distans , & postea colloca in furno quem cooperire debes magna campana terrea , duas palmas latitudinis habente , & totidem altitudinis , & luto cinerum diligenter lutare debes , & ignem lenem administrare per 3. aut 4. dies , & sic coque donec vas sit moderatè calidum : postea auge ignem

ignem paulatim, sicut dictum est de stannone, in capitulo de initio operis post preparationem mercurii & in aliis capitulis sequentibus, tractando de decoctionibus, & de eorum temporibus, fac igitur sicut ibi dictum est.

Verum tamen mercurium saturni fermentare non debes nisi cum luna, neque medicinas quæ ab ipso proveniunt quæ in pulverem existunt: quia saturnus valde remotus est à perfectione lune, & oportet ut formam stabilem lune capiat, si circo pulveres ejus semper fermentari debent cum luna finissima, ad multiplicationem medicinarum. Postea de eis oportet projicere supra lunam fusam, sicut dicitur in opere Iovis, secundum pondus & quantitatem: Et regulas accuratissime observare, secundum doctrinam traditam in capitulo, de modo Iovis in lunam mutandi & sequentibus capitulis.

Et quamvis mulise jacent mercurium Saturni posse facile in aurum convertere, tamen toto celo aberrant: quia natura saturni ab auri natura nimis remota est, & saturnus ab auro distat quemadmodum imperfectius à perfectiori distare potest,

rest, & sicut terra distat à cœlo. Nunc  
verò, dico hanc conversionem nunquam  
fieri posse nisi Elixire magno, aut lapide  
magno Philosophorum mediante.

Igitur tibi sufficere debet, si de ipso  
mercurio saturni, lunam habere potueris:  
postea, de luna in solem, sicut infra dicitur,  
facile convertes.

*Conclusio hujus Operis.*

**V**erumtamen ut opus Iovis & sa-  
turni concludamus, tibi dicam, cha-  
rissime curiose, ac in rebus naturalibus  
studiose, quòd ex Iove & saturno, tinctu-  
ra Physica ad album elici potest, tamen  
solutionibus & coagulationibus median-  
tibus, sicut & alia metalla: sed hoc  
opus brevi tempore perfici non potest,  
quia magna patientia ibi requiritur: ne  
festina ergo, quia festinatio est ex parte  
diaboli: sed patienter moram sustine.  
Et quantò magis metallum distat à perfe-  
ctione, tantò magis opus purificationis  
difficile est & tardius perficitur.

Solve igitur, putrefac, sublima, di-  
stillilla, desicca, & tandem calcina: ite-  
rum solve, filtra, evapora, & postea  
calcina.

calcina. Deinde mortifica, desicca, & calcina; postea solve, filtra, evapora, distilla, desicca, & tandem calcina: & hoc toties donec in summam puritatem opus tuum perveniat, & materiam coctam ad summos gradus habeas fixam; & sic habebis claram & nitidam substantiam stanni, aut Plumbi, ad perfectam tincturam ad album, & omnes ferè humanos morbos evincentem.

Et quia jam de istis operationibus sensum demonstravimus, in primo libro hujus operis, itaque rationes ibi jam dictæ tibi sufficere debent. Sed ut nullas difficultates invenias in hoc opere Iovis & Saturni, Notare debes quòd nunquam Plumbum præparandum erit, ut ex eo essentiam aut tincturam aut salem habeas, quin planeta Saturnus supra horizontem cum sole colluceat, & ipse soli connectatur in signo aquarii, vel capricorni. Neque ex stanno ullam essentiam extrahere debes nisi Iupiter soli connexus fuerit in signo piscium vel sagittarii, si vis aliquid ad opus nostrum utile extrahere. Et sic de cæteris metallis.

*Ad Mercurium ex omnibus metallis  
extrahendum.*

**P**rimò, sume metallum ex quo vis mercurium extrahere; secundùm artem hoc metallum in calcem reduc; Postea dissolve salem communem decrepitatum, in aqua forti communi, & pedetentim dissolve, donec aqua fortis amplius non possit solvere. In hac aqua verò dissolvere poteris regulum antimonii, si ex regulo mercurium habere cupis: aut calcem plumbi, si ex plumbo vis mercurium elicere: aut calcem Iovis, si ex Iove, aut Martis, si ex Marte, aut Veneris si ex Venere: aut calcem Lunæ, aut Solis, si ex luna aut sole vis educere mercurium currentem: & obtura bene matrarium in quo fit dissolutio calcis metallicæ, & pone in fimo calido per mensem ad putrefaciendum: postea aquam fortem distilla, & tandem materiam in fundo remanentem desicca, igne leni. Huic materiæ adde salem æquali pondere, & tantundem salis tartari, & supra totam hanc materiam, maximam quantitatem aquæ ardentis

tis optimæ infunde, & digere postea per  
 15. dies, & per alium mensem digere ma-  
 teriam, & in fine da operam ut materia in  
 aqua ardenti bulliat, deinde distilla, & de-  
 mum materiam remanentem dulcè exsic-  
 ca, postea sublima, & mercurius me-  
 talli sublimabitur igne sublimationis ad  
 modum farinæ, quem colligere debes pen-  
 nis anserum, sicut dixi in libro de ingres-  
 su operis, & habebis mercurium currentem  
 metalli.

*Ad Lunam in Solem convertendam.*

**R** Ecipe Solis finissimi unciam unam,  
 & in quatuor unciis mercurii lunæ  
 dissolvatur & fiat amalgama, hoc amal-  
 gama coque igne leni in athanore donec  
 in colorem citrinissimum convertatur,  
 deinde auge ignem, & coque donec in  
 pulverem rubeum totum sit conversum.  
 Deinde hunc pulverem tere, & ipsum ci-  
 ba cum simili amalgamate, terendo ac-  
 decoquendo sicut prius, donec sit totum in  
 pulverem rubeum conversum. Collige  
 tamen semper quod elevatum fuerit in  
 cooperculo aludelli, sicut jam dictum est  
 in

in libro de ingressu operis.

Recipe postea quod sublimatum fuerit, & misceatur cum æquali pondere mercurii lunæ, in quo uncia una lunæ dissolvatur, & fiat amalgama, decoque, sublima & desicca, & tandem calcina, & calcem lunæ ciba de pulvere rubeo, decoquendo & desiccando, ut totum fiat pulvis quem imbibere debes ac nutrire de amalgamate rubeo, paulatim, & sic pergere donec totum amalgama sit super lunam in pulverem conversum, & desicca hunc pulverem, & tandem calcina, tamen leni calcinatione, semper colligendo quod sursum sublimabitur, & pulveresce, & de sublimato imbibere, & decoque leniter ut pulvis augeatur, sed imbibere parcè, ut citius desiccet & induretur mercurius, ac in pulverem vertatur & hoc continuare debes vice post vicem donec totum sublimatum in fundo fixum vertatur.

Postea funde unciam auri purissimi in crucibulum, & supra projice unciam unam pulveris aurei, & totum fiet medicina de qua pondus unum, projicitur supra decem uncias argenti, & totum fiet aurum optimum,



mun. Et quanto magis hunc pulverem dissolveris, & in pulverem iterum reducere, tanto magis medicina multiplicabitur in pondere & virtute.

*De Cupro in Lunam.*

**R**ecipe lune finissimæ unciam unam, & ipsam solve in suo proprio mercurio, & age secundum artem dissolutionis donec habeas totam lunam in mercurium conversam: hanc dissolutionem fove calore tepido per mensem, ut materia bene putrescat, postea sublima quodcumque sublimare poteris, tamen igne leni: deinde paululum ignem auge, & sublima semper colligendo quod elevatum fuerit: postea ignem auge, & sublima donec nihil amplius sublimari poterit: & quod in fundo remanet calcina.

Deinde hanc calcem recipe, & supra ipsam mercurium mortifica, sicut dictum est in libro de ingressu operis, in capitulo mortificationis rerum sublimatarum: decoque hanc mortificationem, ut fiat pulvis sicut dictum est; postea hunc pulverem iterum imbibe, & iterum coque ut  
pulvis

pulvis fiat, hunc pulverem desicca, im-  
bibe ut prius & mortifica, & decoque  
ut totus mercurius in pulverem conver-  
tatur: Postea igne leni sublima, & quod  
sublimatum fuerit collige, & ignem au-  
ge, & iterum sublima, donec nihil am-  
plius sublimari possit: tunc vas aperire  
debes & tuum sublimatum colligere si-  
cut dictum est, & cum alio sublimate  
servare.

Postea calcina fortiter quod in fundo  
remanet desiccatum: & imbibe hanc cal-  
cem de prædicto mercurio sublimato,  
tamen guttatim, ut summa volatilis non  
superet summam fixi, sed ab ea, volati-  
lis fixetur: hanc imbibitionem igne leni  
decoque & desicca, & demum calcina,  
& iterum imbibe, & coque ut materia  
siccissima fiat, & hanc operationem con-  
tinua, donec totum sublimatum, sit su-  
per calcem mortificatum, augendo ignem  
de gradu in gradum, donec magnum  
ignem sustinere possit, & nihil amplius  
sublimari possit, & semper quod eleva-  
tum est mortifica, & desicca, & tan-  
dem calcina, primò leni calcinatione, se-  
cundò fortiori, & tertio fortissima,  
P &

& quod fixum remanet est medicina fixa, cum qua aliud sublimatum fixare poteris, ordinem dictum observando.

De ista medicina unciam unam projice supra centum uncias cupri purgati, & fusi, & totum in optimam lunam convertetur. Hanc medicinam multiplicare poteris, sicut dictum est de medicina lunari: scilicet solvendo, coagulando, & demum fermentando, postea projiciendo: & sic opus absolvitur.

Nunc verò, Charissime lector, ex his verbis supradictis, facile colligere poteris, quod de uno gradu inferiori, nullo modo ad gradum supremum ququam pervenire potest, nisi per media transierit. Idcirco, metalla imperfectiora in solem transmutari non possunt sine magno elixire, sive lapide Philosophico, quin primò hæc metalla in lunam transmutentur, quia Luna est medium inter ipsa, & postea de luna in solem facile vertuntur per modum jam dictum. Sed in magno elixire, sive lapide philosophico, latet quoddam punctum, sive medium, ex quo, & in quo extrema facile

facile junguntur, sicut jam dictum est in libro primo de revelatione Philosophorum magisterii: Et hoc fit, quia in medicina jam perfecta, media & extrema continentur cum jam de uno extremo ad aliud transierit.

*Finis.*

Hic sequuntur alia Arcana particularia.

*Ad Lunam in aurum tingendam.*

**R**ecipe Solis optimi calcinati cum mercurio & sale preparato, & optimè purificato, solutionibus ac desiccationibus reiteratis, unciam unam, aut duas, lavetur calx aquâ calidâ donec fit calx omni faldine privata.

Recipe hujus calcis 2. uncias mercurii septies sublimati & in mercurium currentem redacti uncias 4. optimè misceantur hæ res, & easin matratio forti ponere debes, & hermeticè claudere: deinde coque in athanore per mensem, & congelatam materiam iterum solve cum eodem

P 2

mer-

mercurio præparato ut supra dictum est, ea miscendo donec materia sit dissoluta, quam coagulare debes in athanore: Materiam coagulata[m] recipe & in aceto montium dissolve; deinde filtra dissolutionem ut materia clarescat, soluta materia, desicca totum cohobationibus multis multoties reiteratis, donec fluat materia ut cera sine fumo, que edulcoranda est spiritu roris Maji, ut aciditas sive acrimonia aceti dicti evanescat.

Tunc temporis est verum Elixir, cadens super lunam fusam, unum pondus supra 100. argenti fusi, & erit totum aurum optimum. Et verum est aurum, si cum patientia & longa præparatione elaboretur.

### *De multiplicatione medicinae.*

**R** Ecipe hujus medicinæ ut superius elaboratæ unciam unam, & in minutissima fragmenta reductam, & eam dissolve in prædicto mercurio præparato, dissolutione peracta materiam filtra, & decoque in matratio donec totum coaguletur,

Aetur, tunc tere & in pulverem reduce, & iterum solve & coagula, materiam coagulata ac optime desiccata solve in aceto nostro supradicto, deinde filtra per chartam bibulam, & quod transire per filtrum nequit dissolve, & filtra, & sic continua donec totum sit per filtrum transmissum, postea edulcora aqua calida, ut tota acerbitas exeat: tandem desicca, & coagula, & in pulverem reduce; & erit medicina multiplicata in virtutem & corpus: de qua pondus unum projicere potes; supra simile pondus auri, & totum adhuc fiet elixir ad projiciendum pondus unum supra 1000. pondera argenti fusi; & sic reiterando solutionem ac coagulationem, multiplicabitur in infinitum.

*Aliud arcanum de Luna in Solem.*

**R** Ecipe sulphur vivum ex fodina sua extractum, extrahe tincturam spiritu vini, postea in vase vitreo forti decoque igne cinerum leni ut lenissime bulliat, & spumam quæ venit cochleari vitreo aut ligneo tolle, & hæc decoctio continuetur per tres dies. Diebus peractis

P 3 ab-

abstrahe diffolutam tincturam , & super  
facies novum spiritum vini infunde , &  
cum solutum fuerit per prædictam deco-  
ctionem , misce cum alio soluto : & sic  
perge donec totum sulphur sit in tinctu-  
ram solutam conversum. Deinde per  
distillationem desicca , & tincturam  
optimam habebis in fundo vasis rema-  
nentem. Hanc tincturam permisce cum  
æquali quantitate mercurii optimè loti &  
purgati : postea in mattratio forti hanc  
mixtionem impone, & supra spiritum vi-  
ni affunde ad eminentiam quatuor aut  
quinque digitorum supernatantem , &  
obtura bene vas , & ipsum collocabis in  
fimo calido per 15. dies , & desiccabitur  
spiritus vini super materiam , & erit ma-  
teria sicca , postea transferre debes ma-  
teriam hanc ex fimo in cineres lentè cali-  
dos , ut ibi materia deveniat nigra ut pix  
in paucis diebus , & continua hunc ca-  
lorem donec materia transeat per colo-  
res , & tandem ad rubedinem veniat instar  
rubini : postea materiam fixa in atha-  
nore per mensem, donec odor fiat optimus  
& suavis qui perfentitur vas aperiendo.

Deinde solve hanc materiam in nostro  
lacte

lacte virginali, & postea desicca, & iterum solve in spiritu roris Maji donec oduleoretur optimè, & perfectius operabitur, ita ut unum pondus supra 100. pondera lunæ fusa, & supra omnia alia metalla cadat, & ipsa in aurum finissimum transmutet.

*De modo lac virginale nostrum  
faciendi.*

**R**ecipe Mercurii septies sublimati lib. unam, hunc dissolve in aqua sequenti. Recipe roris Maji sexies aut septies distillati libram unam. Aquæ fortis communis libram unam, misce simul & per retortam destilla bis aut ter: hoc erit acetum acerrimum, in quo debet solvi mercurius septies sublimatus, & solutus putrefieri per mensem in fimo equino, deinde oportet distillare, & semper conjungere aquam destillatam cum parte mercurii qui in fundo manet, donec tota pars ascendat per distillationem, quod brevi fit si subtilis sit naturæ indagator & operator: quia multiplicanda est roris Maji aqua cum aqua arida quæ ex mercurio ascendit: aut mercurius in fundo remans



nens dissolvendus aqua distillata rosis, donec tandem ascendat & acida fiat omnis, quæ dicitur lac virginicum & acerrimum acetum stillaticium, ad omnia corpora metallica solvendo, cujus beneficio omnia sunt perfectissima, & cujus absentia omnia falsa reperiuntur: verumtamen hæc lac virginale acetum acerrimum vocatur propter vim dissolutivam quam habet, & hoc acetum acerrimum lac virginale vocatur propter naturam nutrientem quæ ex parte mercurii sublimati possidet. Et si habebis naturam dissolventem & nutrientem simul; ita ut facile cognoscas hoc esse opus abbreviationis. Tamen hæc duo separatim fieri possunt.

### *De aceto acerrimo simplice.*

**A** Cetum acerrimum ex mineralibus extrahitur simplex, & ex antimonio facile extrahitur, ipsum distillando, & vocatur acetum montium, in quo dissolvitur nitrum & per retortam totum distillatur. Et hoc est acetum acerrimum nostrum ad album; verumtamen ad rubrum loco nitri, sal commune dissolvendum.

vendum est, & erit acetum nostrum ad rubrum, & est dissolvens omnium metallorum.

*De lacte virginali simplici.*

**L**Ac virginalē simplex, nihil aliud est quam essentia lunæ ad album, & essentia solis ad rubrum. Et hoc lac fit dissolutionibus ac congelationibus, deinde sublimationibus, donec tota materia sit in summitatem vasis elevata; & est nutrimentum lapidis.

Etiā, mercurius præparatus in quo luna dissoluta est, & in mercurium reducta lac virginalē vocatur. Summā, utrumque fit ex substantia metalli perfecti, & utrumque dat virtutem tingendi. Verumtamen istud lac non est dissolvens, sed est substantia metallorum perfectorum dissoluta, quæ nunquam ab Elixire separatur, sed dissolvens separatur ab ipsa substantia igne mediante, sicut aqua pluvialis separatur à terra mediante calore solis, & ibi substantia celestem linquit, quæ est nutrimentum pro omnibus fructibus qui in terra manent.

*Alimū arcannū ad Mercurium iam  
Lunam convertendum.*

**R**ecipe mercurii cum calce & mat-  
ro sublimati 8. uncias; lunæ folia-  
te partes tres, fiat amalgama miscendo  
simul; & hoc amalgama per mensem in  
pulverem converte igne cinisum calido,  
in matratiō bene obturato.

Converte igitur, hoc modo, hanc ma-  
teriam in pulverem sive in arborem: Hæc  
arbor mercurialis & lunacea solvatur in  
aqua forti communi ex vitriolo, & sale  
petræ & aluminis facta. Revertatur solutio  
per mensem in balneo: Deinde extrahatur  
& distilletur solutio ad siccitatem: cohe-  
betur septies aqua distillata, & foveatur  
materia cum aceto destillato & fortissi-  
mo, & filtretur solutio, & clarificetur: &  
putrescat 15. diebus in fimo equino calido  
aut in æquali calore, deinde distilletur  
acerum, solvatur quod in fundo remanet  
spiritu robis Maji septies distillari, & ite-  
ratis repetere donec in salem fusibilem & fi-  
zum convertatur. Postea recipe argenti  
finissimi, per salem & mercurium calcina-

ti, & misce cum sale dicto metallico, postea materiam totam imbibe de prædicto mercurio, terram irrorando, ac igne leni decoquendo, ut siccat mercurius cum substantia lunari, scilicet cum sale dicto, desiccatum iterum imbibe, & desicca, & hoc itera donec tres partes hujus mercurii desiccatae fuerint, & deinde auge ignem, ut materia magis subtilis elevetur & fixa in fundo remaneat.

Recipe hanc materiam fixam, & projice unum pondus supra 100. pondera veneris, & convertetur in lunam optimam. Et si hæc luna facta fusibilis solvatur multoties, aëre frigido & humido, & soluta congeletur, multiplicabitur ejus virtus & efficacia, ex qua potest parari fodina lunacea ad convertendum mercurium in veram lunam, ex qua fodina potest tolli singulis mensibus, aut hebdomadis, medietas ponderis ad projiciendum supra mercurium, & ad supplementum materiae extractæ adde mercurium sublimatum: & sic nunquam deficiet fodina seu materia lunacea. Idem fit de auro præparato sicut infra dicitur ad aurum habendum.

*Fodina perennis ac artificialis  
ad rubeum.*

**R** Ecipe aurum calcinatum, & in mer-  
curio optimè preparato dissolue  
igne fortissimo in vase Philosophico, &  
sit vas in cineribus sepultum per 40. dies,  
tamen vas hermetice sigilla, diebus pro-  
actis, totum aurum in mercurium con-  
versum erit; hunc mercurium lenissimè  
sublima, & quod elevabitur serva, quia  
est aqua dissolutiva, auge ignem, & quod  
in fundo remanserit fixa per modum fi-  
xationis, scilicet ascendendo & descenden-  
do, in vase Philosophico, donec totum  
sit fixum, postea calcina, hanc calcem  
recipe & cum mercurio incorpora, tam-  
men æquali pondere mercurii, & sicut  
priùs fecisti fixa hunc mercurium, con-  
tinuando hanc operationem donec totum  
fixum fuerit: & si deficiat mercurius  
animatus à spiritu auri, idem cum mer-  
curio vulgi fieri potest, & sic pulvis  
erescit in infinitum, & hic pulvis facile  
potest in mercurium currentem & vi-  
rum reduci, & erit mercurius animatus,  
&

& ejusdem virtutis & efficaciz ut primus merentius, quikiterum erit coquendus ut prius, cum aliqua parte reservata calcis auri, & pedetentim reducendus in pulverem rubeum, ex quo pulvere. fiant pilulæ cum gummi dragaganti, in aqua dissoluto, & projice super aurum fustum in crucibulo, & aurum multiplicabitur, & toties sic mercurius animatus convertetur in optimum aurum, & sic minera tua erit perennis & perpetua: modo tamen fermentatam custodias: hoc est calcem auri cum aqua mercurii permiscebis, & in calcem rubeam convertes, & hanc in mercurium animatum, & hic mercurius cum calce in calcem, & hæc calx cum auro fuso in aurum convertetur.

*Vt minera acquirat virtutem  
tingendi lunam.*

**R** Ecipe fodinæ auræ quantum vis, & pone in matraccio forti optimè obturato, & pone in cineribus calidis, igne leni, per 40. dies, aut donec per augmentum ignis gradatim calx acquirat colorem rubi-

rubicundissimum, quem coctione sola acquirit, spiritus auri virtute, qui illam rubeam tincturam facit, & sedutiùs coquatur majorem rubrum colorem acquirit sicut crocus aut sanguis combustus est altitudine coloris.

Recipe hanc caltem rubicundissimam, & tandem cum oleo auri & martis misce simul, & coque donec in pulverem reducantur, qui pulvis cadit super pondus 1000. lunæ fusæ, & convertit in aurum optimum: & si hic pulvis seu calx sit imbibita, iterum solvatur in oleum mediante lacte virginali nostro, & clarificetur solutio, & coquatur & figatur in oleum dulce cum spiritu rosis Maji, transmutabit 10000. pondus lunæ fusæ, in optimum solem: & si per reiterationem solutionis & in pulverem conversionis, adhuc attenuetur medicina, & subtilietur, hæc medicina erit tantæ virtutis, quod sine igne transmutabit lunam in aurum optimum: & si solutio reiteretur, in infinitum lunam transmutabit, & hæc solutio fieri debet in nostro lacte virginali. Noli igitur hanc operationem præstinare, ne in damnum incidas, & labores tuos deponas.

*Alchemia*

*Aurum optimum ex regulo sibi.*

**R** Ecipe auri & argenti, & reguli Antimonii partes aequales, funde in crucibulo & erit regulum friabile ut vitrum, tunde ipsam & amalgama cum novem unciis mercurii hujus antimonii, cujus infra modus extractio- nis dicetur.

*Mercurii sibi aut antimonii extractio.*

**R** Ecipe antimonii uncias octo, pul- verifetur optimè, & in matrarium papae includatur, cui superimponere aquae vitae optimae duas libras: salis armo- niaci tres uncias, salis tartari sex un- cias; misceantur simul in illo matra- tio, & magis obturetur quàm optimè: matrarium colloca in fimo equino ca- lido per mensem, aut in simili calore, ut ibi materia putrefiat: deinde circuletur in cineribus per 8. dies, deinde bulliant per duos dies, & invenietur mercurius in matrario currens & volatilis ex singu- lis



lis 8. uncias quinque mercurii currentis  
& volatilis invenies.

Amalgamate facto pone in matraccio  
optimè clauso, & per mensem decoque  
igne leni: & in hoc tempore materia in-  
pissabitur & nigrescet: secundo mense  
ignem augebis, aut matraccium profundius  
sepelies in cineribus, deinde vigora ignem,  
& materia crescet in arborem minera-  
lem: continua adhuc hunc ignem per  
mensem, & tandem per 8. dies auge  
ignem, ut materia fundatur: hanc ma-  
teriam iterum cum novo mercurio com-  
muni præparatam amalgamabis, & ite-  
rum coque per 3. menses sicut fecisti, sem-  
per augendo ignem in unoquoque men-  
se, & materiam projectionis habebis,  
unum super 100. lunæ, & convertitur in  
aurum purum.

Arcana

Arcana mineralia sequuntur  
metallica.

*Quid prius necessarium sit in arcanis  
mineralium.*

**I**N primis ergo summopere studendum  
est, ut maximam copiam volatilis mi-  
neralium partis radicalis habeamus puris-  
simam, & ab omni inquinamento libe-  
ram, quod septena distillatione obtine-  
bis, & quod gustu, visu & tactu perci-  
pias. Gustu primò dulciari, sicut malo-  
rum, granatorum subdulcium. 2. visu, cla-  
rissimus sit liquor, tenacis, & glutinosæ  
substantiæ, syrupi crassissimi per similes,  
aut olei; per tactum autem pondus ejus  
gravissimum percipimus, metallo liqui-  
dem dissoluto & in aquam redacto assimi-  
latur. Et sic mercurius mineralium cogni-  
tus est.

Adde terram metallicam ac purissi-  
mam huic aquæ, partem unam in octo,  
vel decem, aut duodecim partibus aquæ;  
& secundum artem labora, & per ope-  
rationem.

rationem dissolutionis, atque sublimationis modum, postea desiccationis terræ & distillationis aquæ. Deinde conjunge partes contrarias, scilicet aquam igni, secundum pondus naturæ, quod pondus Philosophi determinare non potuerunt, quia aliquando aqua magis humida est, & aliquando minùs, & aliquando terra est siccissima, & aliquando minùs sicca: & secundum has qualitates pondus naturæ administrari debet, & sic fixatio & copulatio materialium fieri debet. Sed antequam perveniri possit ad hanc copulationem, & verum pondus inveniri multæ viæ tentantur, quia proportionales qualitatibus inveniri debent antequam aliquid boni succedat.

*Ad Solem.*

**S**cias, Charissime, quòd ex omnibus mineralibus, spiritibus & anima extrahi potest secundum naturam eorum, verbigratiâ, si de sole cupis, Recipe pharmaca quæ ipsi soli convenient; si de luna, elige etiam materias quæ ipsi correspondere possint: alioquin semper errabis in operatione & nihil boni assequeris.

Recipe

Recipe igitur pro Sole faciendo, salis nitri, sulphuris vivi, salis armoniaci, ana quatuor uncias, & cinnabaris uncias duas, misce ea in pulverem tenuissimum, & in retortam luto manikam, distilla primò phlegma, quod aqua vocatur, deinde spiritum, postea animam, secundum artem distillationis, & tandem caput mortuum quod in fundo remanet purifica; & cum ipso purificabis alias partes istius subjecti, scilicet primò aquam, cum eo purificabis, secundò spiritum qui aër dicitur, tertio animam quæ ignis vocatur, & hæc depuratio fit diversis operationibus, scilicet cohobationibus & distillationibus, & calcinationibus terræ: Nota post purificationem terræ id est capitis mortui, quæ fit per calcinationem, in quo capite mortuo elementa fixa deperentur. Verumtamen post purificationem, ejus, calcinatione mediante, recipe hanc terram, & in vase distillationis affunde, & imbibe eam cum aqua prima, paulatim, & desicca leni igne, postea imbibe, sicut prius, & iterum imbibe & desicca, & hoc perge donec terra humectetur: postea, residuum aquæ supra retortam

ram affunde , & in igne putrefactionis demitte per 15. dies , & sine vas frigeſcieri , & totam materiam recipe & filtra per chartam , & quod tranſire non poterit iterum calcina , & diſſolve ſicut prius , & putrefac , & tandem filtra , & hoc donec tota ſubſtantia terræ per chartam tranſmiſſa fuerit. Poſtea diſtilla aquam, igne leni , & in fundo ſubſtantiam terræ invenies : aqua verò ſeorſim ſervari debet , & terra calcinari : deinde pone terram calcinatam in vaſe diſtillationis , & affunde ſuper eam aërem ſive ſpiritum , & fac ſicut de aqua feciſti , & poſtea putrefac , filtra , diſtilla , & tandem terram calcina : & idem facere debes de anima , aut de igne : & unumquodque elementum ſeorſim ſervare. Et ſic habebis elementa purificata. Tunc terram calcinatam recipe , & eam iterum imbibere , de anima ſua , ſed paulatim , & eam deſicca igne leni , & quod elevabitur in capam ſeorſim ſerva : poſtea iterum imbibere de anima ſua , & deſicca , & aquam elevatam ſerva cum alia , & continua hanc operationem donec tota anima leniſſimè exſiccata fuerit , & ipſa ſic retinebit.

nebit elementa fixa, quæ in volatilibus sunt abscondita.

Postea recipe animam sive ignem cum terra junctum, & igne mediocri distilla ignem, & terra remanebit in fundo animata, & hunc ignem seorsim serva. Postea calcina terram, & junge cum spiritu suo, pederentim, sicut fecisti de anima: scilicet imbibe, desicca, & distilla; & sic substantia fixa spiritus & animæ in terra remanent cum ejus substantia terrea. Et sic fiet de aqua: Cum igitur elementa volatilia depurata habueris, calcina terram cum elementis suis fixis: & cum terra fixata poteris volatilia fixare, sed semper aliquam partem volatilium servare debes, ad dissolvendum materias fixas, & præcipuè aquam, quia cum ea dissolutiones fiunt; tamen fixare poteris alia elementa cum terra, quia in terra virtutes fixativæ continentur. Et hac de causa in principio hujus capituli dicitur quòd necessarium est magnam copiam volatilis habere, ut possimus materias fixas dissolvere, & facere de fixo volatili, & postea de volatili fixum, sicut Philosophi dicunt.

Calcina

Calcina igitur terram post separationem suorum Elementorum, deinde solve eam in aqua prima distillata, quam filtrare debes sicut est dictum, post terræ dissolutionem: filtratam distilla, ut elementa fixa terræ infundo remaneant, & terra sit bene siccata, & tandem calcinata: postea redde ei animam suam, modo fixationis & cum tota anima fuerit in terra fixa, & valde desiccata, junge eis spiritum, & modo fixationis age, donec totus spiritus fuerit in terra desiccatus cum anima: & tunc habebis corpus spiritus & animam istorum mineralium.

In hac materia verumtamen seminandum est aurum, ut ab ipso elementa terræ fermententur; & simul fiant elixir perfectum. Dissolve igitur in aqua iterum destillata, unciam unam auri finissimi & foliati aut in limaturam tenuem reducti: & cum ipso auro dissoluto quatuor partes terræ rubræ cum suis elementis fixatæ, & hæc imbibitio parcè fieri debet, postea oportet igne leni desiccare, & quod distillabitur, diligenter servare; materiam exsiccata iterum imbibe ut prius, & desic-

ca

ea aquam distillando , deinde iterando hanc imbibitionem & distillationem & desiccationem , donec totum sit supra terram imbutum , habebis terram fermentatam magnæ virtutis : de qua pondus unum supra 100. lunæ projicitur , & totum convertitur in aurum purum.

Verumtamen , Charissime , mirari non debes , si inter mineralia sunt quædam maximæ virtutis. Scias igitur quòd terra mineralis qualiscunque sit naturæ , secum fert primam materiam naturæ metallicæ quæ per artem educi potest de potentia ad actum , mediante fermentatione , quod Philosophi celaverunt ignaris , & suis discipulis revelarunt , quamvis opus longum tempus petat ; ergo studendum est ut cognoscas res convenientes , & quod refert ad naturam auri , etiamque argenti , ut philosophicè jungas naturam naturæ : id est quòd natura rubea mineralis conjungi debet naturæ ruber metallicæ , & alba naturæ albæ.

*De*



*De multiplicatione medicinae  
mineralis.*

**R** Ecipe terram fermentatam & in sua aqua dissolve secundum dissolutionis artem, filtra dissolutionem, & per distillationem leni igne desicca terram: & semper collige aquam distillatam diligenter, ut non tibi deficiat aqua: & medicinam habebis multiplicatam in virtute, de qua si projicias unum pondus super mille pondera lunæ, totum erit aurum perfectum, & hoc evenit propter dilatationem virtutis utriusque naturæ, scilicet mineralis & metallicæ. Et si velis adhuc fermentare sicut dictum est supra, cadet super argentum vivum præparatum. Et sic ad infinitum medicinam multiplicare poteris.

Summa, ad Elixir universale faciendum simili arte laborare poteris, tamen eligendo sal universale, ex quo elementa separare debes, & iis separatis, terram calcinare, & postea dissolvere, ut purificetur: deinde elementa sua fixare, virtute fixanti quæ in terra purificetur: deinde ele-  
menta

menta sua fixare, virtute fixanti quæ in terra purificata latet. Et eam iterum dissolvere, filtrare, desiccare per separationem aquæ, & tandem calcinare, & fermentare sicut dictum est, & habebis thesaurum sine pretio, ad omnes Morbos curandos, etiamque ad metalla transmutanda in aurum vel argentum secundum naturam fermentationis. Nunc in gratiam & charitatem proximi diligenter labora, & semper ora, ut cum Dei benedictione totum opus tuum succedere possit.

*Finis.*

*De particularibus aliis transmutatoribus.*

**U**Niversali via strata, quàm tutò quisvis insistere poterit, etiam particulares alias dabimus, quibus utantur, qui impensis, temporis & labori parcant. Non autem existimandum particularem talem viam, vel quæ per eam fit Thesaurum in medicina usum ullum habere posse, quemadmodum qui libro superiori describitur & confit, incredibilem in sanando humano corpore obtinet utilitatem.

Etenim mercurius vulgaris ille est le-  
Q
profus

profus & in se summam venenositatem continet, quæ non exiit quando illi hermaphroditum fœminæ applicant: ut mirum sit nonnullos eò audaciæ & temeritatis conscendere, ut ejusmodi tanquam summa arcana aliis divendere, & magnatum sibi inde favorem conciliare non erubescant, quæ ipsi tamen non proprio ingenio, sed pretio summo redemerunt. Neque deerit in me voluntas & facultas demonstrandi hoc ipsum, quod ex hermaphrodito vulgari conficitur, venenum adhuc in se suum fovere & conservare, adeoque inutilissimum ad artem medicatricem omnino habendum.

Nihil enim in eorum operatione de ejus veneno tollitur, uti notum est eis qui viam modumque operationis eorum non ignorant: & si tolleretur, frustra in auxilium postea & lucrum eum advocarent.

In Philosophorum autem mercurio qui duplicatus rectè à *Bernardo Com. Trevis.* dicitur: quia corpore abiecto, unus postea alteri jungitur, & quasi alexipharmacum veneno resistit; vel si maris, simile simili jungitur, & unitas unde

unde constituitur amica, ut venenum jam non teneat, sed vis medens, utique medicina erit optima & saluberrima, sicut hac de re nemo Philosophorum saniorum dubitat.

Observationem autem meretur tinturas particulares omnes, quæ non fucata, sed veræ esse debent, affines esse debere universali in opere, & ex eodem fundamento fluere. Quæ secus progrediuntur, ceu falsitatis crimine notatæ repudientur.

*Primus modus.*

**R** Ecipe aceti nostri albi partes octo; vel decem, solis finissimi matris nostræ partem unam: Duo postrema redigantur in calcem per viam Philosophicam, aut si placet per aquam fortem, aut alium modum.

Calx tota cum aceto albo amalgameatur: stent in calore lento 21. diebus. Acetum effundatur à materia: & materia in secundum ignis gradum promoveatur donec nigredo appareat. Quod intra mensem circiter futurum. Jam ovum Philosophorum aperiatur, materia coagulata

Q 2

sub-

subtiliter eximatur, nigredo removeatur, & fervetur probè ad usum. Coagulata imbibatur tertia parte aceti albi supradicti distillati, & denuò super marmore misceantur in amalgama, & rursus secundo gradu caloris adhibeantur ovo occluso per mensem. Rursus nigredo circum circa & sub & supra apparens, ut antè fervetur, coagulatum usurpa ut antè, secundam partem aceti adijunge, secunda vice: idque tertio repete, donec ita tertiam etiam & ultimam partem aceti devoraverit, & rursus per mensem steterit.

His factis, materiam tuam exime & super marmore tere, atque in ignem tertii gradus pone per 15. dies, tamen vitrum occlusum in calore illo ponatur, & coagulabitur materia in modum pisorum. Nota si diu materia relinquatur, nec per vices teratur, inducari eam adeò, ut nisi summo cum labore teri postea possit.

Quibus peractis, tere iterum materiam, & quartum ignis gradum adhibe, donec in pulverem redigatur, & quoties coagulatio aliqua incipit, etiam, tere donec in fundo pulvis subsidat cinereus: Hunc pulverem exemptum misce cum priori nigro

nigro ad partem reservato, atque quatuor ignis gradus admove octidui spatio.

Deinde recipe 20. partes mercurii crudum vivi, quæ cum duabus partibus matris imprægnatæ sunt, & tincturæ hujus partem unam vitro impone iterum per mensem in gradu caloris quarto, & in omni probatione constans futurum est.

### *Modus secundus.*

**R**ecipe ergo aëris terræ bene lotæ partem unam, Ignis aquosi partes tres, matris nostræ partem dimidiam, calcinanda calcinetur aqua forti, vel alio quovis modo, calcem edulcora, & super marmore misce omnia simul, intermissu nigredo apparebit aliqua cœu signum mixtionis probæ.

Materiam hanc totam transfer in phialam ovalem dictam, ut ima pars vel una sit repleta, duæ verò partes vacuæ: detur ignis primo mense primi gradus, secundo secundi gradus, tertio mense tertii gradus, & quartus gradus erit aliquibus septimanis. Signum fixationis est color cinereus pulveris circum circa materiam

qui conspicitur. Materiam jam coagulata funde, & habebis hic uti & supra in tertio gradu ascensiones montium &c. scilicet arborum, & miraturæ miracula patefient.

In hoc opere, idonea erit propria fornax, quæ secundum artificis ingenium fieri debet.

*Aliud arcanum ad Solem multiplicandum.*

**R** Ecipe Solis foliati optimi unciam unam, mercurii optimi & secundum artem præparati uncias quatuor, simul misceantur, & fiat amalgama, & ponatur in sole lentè calido donec indureseat amalgama, deinde accipe salis communis decrepitati quantum amalgama ponderat, simul misce trititando & in vase sublimationis include & per cineres igne fortissimo distilla modo sublimationis, & ignem continua donec materia volatilis ab auro separetur: quod tamen in fundo vasis remanebit abluendum est aqua communi tepida donec nihil salis sapiat, & postea desicca, & funde, & liquatur.

paratur solum, & aurum tuum invenies multiplicatum ex substantia fixabili mercurii, scilicet ex drachmâna pro uncia, quod si iterum hanc operationem continuas cum auro tuo, & regulas dictas observas, aurum tuum augebitur magis ac magis, ita ut totus mercurius tandem in aurum vertatur.

Amalgama igitur, & decoque, sicut dictum est, scilicet donec materia indurascit, postea misce materiam sali communi decrepitato, bene terendo & miscendo, & postea sublimando, donec volatile à fixo separetur, deinde abluere ut prius, ut totum sal ab aqua tepida separetur, & materia dulcificetur, postea desiccetur, & fundatur: Et sic augmentum facile habebis. —

*Finis.*

Q. 4

LIBER





LIBER

*De*

SEPTEM VERBIS

PHILOSOPHORVM

Cum explicatione,

*In quibus totum* OPUS PHILOSOPHICUM  
*continetur.*



*Preparatio seu Operatio prima.*



**S**olutio corporis est fundamentum artis, & ista dissolutio est corporis in aquam reduction: scilicet in argentum vivum, & hoc solutio vocatur; unde Philosophi dixerunt; Solvatur aurum quod est in corpore magnesiæ occultum., & in suam primam materiam reducat, ut fiat sulphur verum & argentum vivum, quia nostra solutio non aliud est nisi quod corpus in humidum revertatur, & resolvarur in naturam argenti vivi, sui que falsedo sulphuris minuatur, quod sulphur divinum è duobus sulphuribus fit cum obviat corpori.

*Preparatio seu operatio secunda.*

**T**Ransit aqua in corpus, quod unum non solvitur, nisi reliquum congelatur, eo quod corpus argenti vivi concipiens

piens coagulat ipsum, & ab ipso coagulat, & fit terra.

Istud est verbum secundum hujus operis, de quo Philosophi Græci locuti fuerunt. Aqua de terra procreatur, quia aqua fit terra, cum vincunt in ea terræ qualitates, & terra fit aqua, cum vincunt in ea aquæ qualitates.

Fit enim solutio corporis, & coagulatio spiritus, ut unam habeant operationem, & sit unum, cui nihil extranei apponitur, nisi quod in præparatione, superflua remouentur cum apparatu. Et hoc est dissolutio & coagulatio unde sequitur desiccatio, & ultimò calcinatio.

*Præparatio & operatio tertia.*

**A** Ratur terra, & rigatur, jungitur, & in aqua nutu Dei dirigetur. Istud est tertium verbum hujus operis.

Dicunt Philosophi, hæc terra cum aqua putrescit, & mundificatur: tunc cum auxilio Dei, magisterium recto tramite dirigitur vel continuatur, quia

terra non germinat absque frequenti irrigatione, absque præmissa desiccatione: & hoc sciunt pueri & mulieres, semina & fructus in hortis suis, ad perfectionem deducendo: Ideo dixerunt Philosophi, quod operatio sua non fuerit nisi mulierum opus & lusus puerorum: Ideo toties corpus imbibitur, quoties post vires desiccatur, quia omni ponderi pondus, omni mensuræ modus, & omni operi opus est adhibendum: & tunc recta putrefactio Philosophorum sequitur. Et eorum putrefactio non est nisi mortificatio humidi cum sicco, quia humiditas tantum siccitate detinetur: Et quamvis humidum frigidum fugiat ignem, tamen à sicco retinetur, ut fugere nequeat, quia non possunt gravia superius trahi, nisi levium adjutorio: nec levia nisi gravium consortio detrahi nisi cum scorpione.

*Præparatio & operatio quarta.*

**G**Audet natura cum natura. Natura lætatur cum natura. Natura naturam vincit. Natura naturam contipet. Natura

Natura naturam sequitur & amplectitur, & sic nutu Dei opus perficitur.

Istud est quartum verbum hujus operis quo notari potest sublimatio, seu assumptio, de qua dicunt Philosophi, ipsa aqua efficitur aëtea, cum prius esset inspissata & cum terra coagulata: & hoc obviatone sui scilicet propinqui; & id est: Natura cum natura gaudet & letatur, eo quod continentia ipsius est ejus propinquitas, quia tanta est propinquitas inter naturam quanta est inter magnetem & ferrum: Et major quia ex radice sunt una & non pluribus & victoria quoque: quia nihil est ulterius corpore mortificato morte incorruptibili: & ideo natura naturam vincit, mortificando scilicet corpus & vivificando spiritum qui ex ipso radicaliter fuit, & in ipsum convertitur, augmentatur, & multiplicatur; Et extrahit Deus ex uno plura. Et ideo Natura naturam continet, & naturam sequitur complere nutu I. C.

*Preparatio & operatio quinta.*

**N**oster spiritus est delator virtutum animæ, eo quod æs nostrum habet corpus, spiritum, & animam, ut homo.

Istud est quintum verbum hujus operis, de quo dicunt Philosophi, spiritus ejus est aqua, anima ejus est tinctura, corpus ejus est terra. Spiritus tamen est spiritus sicut corpus est vinculum ipsius animæ, sic corpus est fixum, siccum, continens spiritum, & animam. Spiritus ergo penetrat corpus: corpus figit spiritum: anima copulat, dealbat & tingit suo colore albo aut rubeo.

*Sexta Preparatio.*

**V**ariatur & mutatur de colore in colorem, quousque veniat ad metam albedinis & rubedinis.

Istud est sextum verbum istius operis, de quo dicunt Philosophi: pluries citrina:

ur pluriesque nigrescit, pluriesque deficeatur & liquecit.

Nota, quòd lapis Philosophorum est compositus ex duabus naturis, scilicet ex natura humida & ex natura sicca: & eum coquantur fiunt unum, quia neutrum dimittit alterum, & dicuntur una natura, & quandiu humiditas dominatur, materia nigrescit, quia calor agens in humido generat primò nigredinem: sed agens in sicco, generat albedinem, & in albo citrinitatem sicut apparet in plumbo ex quo minium factum est. Secundo Nota quòd humiditas nostri lapidis est acetum acerrimum de quo summè est cavendum, ne vertatur in fumum propter ignem nimium, ne pereat magisterium. Terra namque ut siccata est nigredo dealbatur & tunc perit tenebrosus: & humiditas diminuitur, & siccitas accedens aufert sibi suum regimen: & fumus penetrabit suum corpus, & spiritus stringet in siccum; & tunc cessabit nigrum corruptum deformatum, & fiet album, lucidum & clarum. Tunc fœminam conjunge marito rubeo.

Mox matrimonium contrahitur: & tunc

Rex



Rex diademate coronatus clamat : Ego sum albus filius nigri , & Rubens filius albedinis , non mentiens. Et ideo dicunt Philosophi , coquite eos donec nigri fiant , hinc albi , deinde citrini , fatque tandem tingens venereum : quia quanto magis coquantur , tanto magis dissolvuntur , & denigrantur : & quanto magis coquantur , tanto magis deficcantur , & dealbantur , tertio quanto magis coquantur , magis rubificantur quousque perficiantur.

Veruntamen ignis in dissolutione fit lenis : in sublimatione mediocris : in coagulatione temperatus : in dealbatione continuus : in rubificatione fortis : qui vero in istis nesciens erraverit , casum sapissime deflebit. Ergo res cuius caput est rubeum , pedes albi , oculi vero nigri , est Magisterium. Si triangulus in quadrangulo perficiatur , est lapis tali decoratus honore.

*Septima dispositio seu operatio.*

**M**ultiplicatur & perficitur lapis benedictus, quando summa non fixa fixatur cum eo quousque fluat.

Hoc est septimum verbum huius operis: de quo dicunt Philosophi: Jam fixum lapidem cum modo sublimationis volatilem facias, philosophicè, conjungendo per minima, ut totum elevetur subtile in vase, deinde fixetur, hoc si non eveniat, addatur ei non fixæ partis quantitas, ut pars volatilis superet summam fixi, quousque ad elevationem ipsius sufficiat, iterando: Nam, si vincit summam fixi, figitur volatica cum illa: si non vincit sed superatur fit volatilis: cum eo igitur quod elevatum fuerit reiteretur summa fixi: verumtamen post vicem, quousque per hanc sublimationem rei, & reiterationem figatur totum. Cum autem totum fuerit fixum, etiam non fixi partem reitera: tamen quantitatem post quantitatem combibe per ingenium tibi notum, quousque totum elevetur; & ultimò, iterando figatur quousque fusionem præstet facilem ad modum.

dum ceræ, & alteretur in complemento solificio & lunificio certo. Quoniam ex reiteratione ipsius præparationis gradus in medicinam, resultat alterationis bonitas & multiplicatio, ut unumquodque corporum imperfectorum, & ipsum mercurium convertat in infinitum lunificum & solificum verum.

Ideo concludendo, dicunt Philosophi, morare prope vas, & intueri mira, quando transmutat se de colore in colorem minùs quàm in hora diei, quousque veniat ad metam albedinis, vel ruboris.

Tota ergo gubernatio in regimine hujus operis, non est nisi in temperamento ignis. Inde cesset ignis, & sine infrigidari, & invenies corpus margaritale, colore papaveris sylvestris: & ita res est incerans, liquefaciens, & penetrans: & cedit unum pondus super mille, Et pervices mille, & ducenties vices mille: & vice reiterata, super millies millia, & ducenties millies millia cujusvis corporis, convertens totum in optimum aurum multò melius quàm de miseris productum; vel in optimum argentum, secundum.

dum elixiris proprietatem. Et ista medicina citissime liquefiet in igne, & coagulabitur in aëre, quasi fumus cum senserit aërem penetrabit in corpus, & spiritus constringetur in siccum, & fiet corpus unum fixum, clarum, album vel rubeum secundum naturam medicinae & fermentum, quoad Mundus fuerit, incorruptibile.

*Paraphrasis preparationis septimae.*

**D**E multiplicatione lapidis jam perfecti agitur, ea est hujus modi.

Lapis jam fixus per mysticam sublimationem est exaltandus, hoc est operationibus solutionum & coagulationum repetitis corpore & virtute augendus.

Sume ergo eum, & in vase seu vitro suo perfunde argento vivo ita particulatim instilles sinasque intrare, & totum penetrare donec siccitas sit occultata & jam dominetur humiditas, inque manifesto appareat: & si nondum dominaretur, sed siccitas praevaleret, oportet te plus mercurii instillare quantum sufficiet ad volatilem.

nilem reddendum , quod hîc vocatur *Elevario*, qua sicca partes in humorem absorptæ solvuntur & natant.

Solutione peracta pedetentim fige denovo ; Potes autem partem post partem per vices immittere , & coagulare , atque ita ad placitum corpus augere : sed ultimò totum figatur , procedentibus Colorum signis ordine , ut suprà est expositum, fiatque finis in albo perfecto , si lapis est albus ; sin rubeus , in perfecta rubedine. *Et hac est una operatio multiplicans.*

### *Instituatur & altera.*

**C**Ape ergo lapidem & in vitro positum sensim imbibe per partes, quousque nihil amplius bibat , & jam humiditas exsuperet siccitatem , hoc facto , claude vitrum & coque lento igne donec colores procedant , fiatque ascensus & descensus , tandemque quies coeuntibus omnibus in unam medicinam fixam , quæ debet habere fusionem facilem , & liquefcere sine fumo ut cera : si non liquefcit super lamina candente plus

plus imbibe, donec sit incerata, quod si fumaret, humidior justo est debet-  
que amplius coqui. Ita habes comple-  
mentum Solifici in rubeo, Lunifici in  
albo lapide.

*Finis.*

*Monachus quidam sic scribit.*

**R** Ecipe medicinæ ex lacte virginæ  
perfectæ partem 7. auri per animum.  
purgati partes 3. Misce conterendo cum  
medicina, immitte in furnum, da lentum  
ignem per 12. horas, Inde transfer in  
ignem fusionis per 3. dies naturales,  
Ita habes medicinam spirituales & pene-  
trantem; Sine auri fermento Lapis non  
potest operari, & tingere, propter ni-  
miam subtilitatem, cum auro accipit in-  
gressum; hujus fermentati partem unam  
projice super fusi metalli imperfecti  
partes 1000. vertetur in aurum. Corpus  
corpori sociatur & spiritum communicat  
inseparabiliter.

*Nota*

## Nota.

**A**Rnoldus , prima projectione non facit aurum ex mercurio sed facit medicinam , quæ iterum parit medicinam , & tertia tandem vice aurum : Sed oportet tunc lapidem repetitis operationibus exaltatum esse, ut validitate virtutis præoccupet mercurium & nihil sinat diffuari. Cum injicitur pulvis in argentum vivum fervens, incipit ebullire, & poppy-mos edere : sed paulo post fidit. Tunc cum in fluxu est, boracem pulveratum super eo comburimus , ut pulchrum aurum fiat. Inde effunditur in canalem , & transfertur ad usum. Debet una pars tinxisse partes 1000. atque ita granum unum drachmas 16. & 40. grana. At in hoc experimento exeunt tantum 12. drachmæ. Itaque poterat exaltari amplius, si possessores methodum scivissent.

Annotandum & hoc est , si projectio super corpora sit facienda, præcipere Philosophos cavendum esse ne nimis subtilis sit lapis, & à corporum commercio alienus. Neque enim intrat impura, sed natus in super-

Superficie. Ideo jubent prius projectionem facere super corpus proprium millecuplum, nempe aurum fustum, aut argentum, secundum naturam lapidis, inde ingressum præstari. Projectionem facere jubent non super mercurium sed super corpora alia metallica.

*Aliud Opus, cum modo faciendi ad rubeum.*

**R** Ecipe menstruum naturale septies distillatum & ab omnibus fæcibus purgatum. Deinde:

Cape auri purissimi in calcem per mercurium redacti drachmas decem, vel quodlibet; conjice in cucurbitam aptam, affunde aquæ mercurialis quadruplum, ut uncias quinque vel pro analogia.

Pone in fimo, aut balneo putrefactorio, quousque aurum sit solutum, quod si una vice fieri non potest priore solutione transfusa alia aqua apponatur, procede in modum tincturæ. Corpus album quod relinquitur, extrahere ex vase, exsicca super testa leni calore, transfer in marmor, & tere, subinde aspersis extractionis



ctionis prioris guttulis ut tantum irrigetur, fiatque pasta, hanc denuo mitte in cucurbitam, & affunde solutionem totam, misce probè & in balneo digere per mensem, deinde distilla, distillatum redde, reliquis tritis, ut prius, digere, distilla, idque repete donec quidquid est essentielle per alembicum exierit, relicta terra mortua in fundo vasis.

Terra mortua calcinetur tam bene ut siccissima evadat, Deinde ei posita in phiala, vel cucurbita, guttatim redde suam aquam animatam eamque imbibere sic, ut totam vim animæ extractæ recipiat, fiatque elixir ad eum modum, quo sales solent animari.

Nam primum irroratur aqua corpus istud, Decoquitur digerendo usque ad siccum. Deinde plus affunditur, iterumque decoquitur: si placet affunde justam quantitatem, digerere humiditatem, blanda distillatione abstrahe. Aliam partem affunde, digere, distilla, atque ita perge, donec tota quantitas sit consumpta, vel donec tam bona progrediatur aqua, quam bona fuit affusa, quod signum est satis bibisse. Debet autem tunc terra, adeò saturata

rata

rata esse suâ aquâ , ut in lamina candente instar ceræ fluat , id sine fumo si sit relictaque tinctura cum ingressione bene est; si fumat, humidior justo est & requirit coctionem uberiores, qua figatur. Si non fluit, aridior est quàm decet. Ideo suffice plus de aqua incerativa & animata , donec scopus placeat : & si fixa est medicina, potes eam in oleum perducere, sive jam sit pulvis sive oleum , projectione sui tinget imperfecta metalla , & mercurium. Cogita tamen adhuc semel esse solvendam & coagulandam , ut subtilitatem acquirat majorem.

Si vis augere solve de illa in portionem aquæ mercurialis tuæ , & aliud aurum novum conjunge , coque , solve, coagula.

Si illa aqua mercurialis usurpetur ad solvendum argentum vivum sublimatum solvit metalla in mercurium. Aliàs separat purum ab impuro spiritumque ex corpore extrahit. Corpus autem mutat in oleum uti dictum est.

*Ad album.*

**S**I de Luna quæris, idem est processus. Terra quæ post extractionem spiritus essentia, relinquitur, reverberatur, estque sal & tartarum album Lunæ, quod si placet in oleum tartareum Lunare potes solvere. Non alia arte in stanno & ferro indiges.

*Ablutio tartari, seu Terra.*

**F**æces, post tincturam seu spiritum extractum, relictas contere super porphyrite ut fiat lævor exactissimus. Potes interim non nihil aquæ irrorare, ossam mitte in cucurbitulam, affunde aquæ mercurialis non animatæ convenientem quantitatem, digere, distilla pauco calore ad siccitatem, hanc reverbera horis 24 igne temperato, tunc iterum pota terram aquâ, cum qua prius in matmore sit contrita; Digere, distilla ut ante, repete id septies donec terra evaserit nivea & fusilis siquidem ea fuit ex albis metallis,  
hæc

hæc est terra alba & tartarus Philosophorum verus, & sal fustis, cum quo adhuc est sulphur & mercurius ejusdem naturæ.

Solve hanc terram lunarem, seu tartarum Philosophorum, deinde coagula, magnam partem aquæ substrahendo per viam sublimationis, igne leni, donec materia sit in fundo coagulata, cum aqua sua: deinde auge ignem, & substantiam coagulata tere; & in vase sublimationis iterum sublima quod totum sublimari poterit: postea tere, & cum igne forti sublima, & materia coagulata sublimabitur ad modum farinæ, tamen semper collige aquam sublimatam, & eam serva separatim. Etiam colligere debes terram sublimatam, & instar farinæ reductam. Et quod in fundo remansit tere, solve, & coagula, & sublima, & aquam cum alia aqua serva, postea ignem auge, & sublima terram, quam cum alia servare debes; & sic perge donec nihil in fundo remaneat; & totum sit per viam sublimationis elevatum. Tunc facile poteris hanc farinam in oleum reducere, iterum solvendo cum aqua illa proportionata, postea lentè aquam separando; & iterum solvendo, ac

R

2

coagu-

coagulando, & tandem ignem augendo, & quod in fundo remanserit, erit luna foliata, quam in aqua adhuc solvere debes, & coagulare, & deinde desiccare, & postea calcinare suaviter, & habebis lunam Philosophicam, quam in aëre dissolvere poteris, ac in aquam aut oleum lunare reducere, in quo miscere poteris tertiam partem lunæ, ut oleum fermentetur: & totum in coagulum convertetur, si in igne lenissimo decoquas per 3. dies; & habebis medicinam albam, quæ reducere poterit in medicinam simile pondus lunæ, ad projiciendum pondus unum supra 50. pondera mercurii purgati, & totum erit luna perfecta. Eodem modo de auro ad rubrum, facere poteris.

Medicinæ multiplicantur, dissolvendo, & coagulando, & projiciendo pondus unum supra 500. mercurii, & totum in metallum perfectum reducitur secundum naturam medicinarum.

*De*

*De conjunctione duorum Luminarium.*

**Q**Uum luminaria, scilicet sol & luna, habueris præparata & in oleum reducta, postea fermentata, sicut dictum est, junge unam unciam unius cum simili pondere alterius; & sis ad æqualitatem redigentur; scilicet erunt nec ad album, nec ad rubeum, sed erunt neutra. Tunc si vis album facere, fermenta hanc compositionem, cum æquali parte albi fermenti, & post fermentationem solve & coagula tali modo ut coagulum sit ad fixationem approximatum, & projice pondus unum supra centum mercurii, & erit medicina ad projiciendum unum pondus supra pondera centum, & erit totum luna finissima.

Et sicut dictum est de albo, ita est de rubro.

Si vim aut virtutem medicinarum tuarum augere velis, nihil aliud oportet quàm dissolvere & coagulare, & tandem fixare. Et medicina multiplicabitur in infinitum, & semper medicinas

fermenta, ante projectionem.

Nunc in memoriam redige operationes operis tuo necessarias; ut ad scopum tuum pervenias. Primò dissolve & attenua; secundò, in aquam reduc; tertio, putrefac; quarto, sublima; quinto coagula; sexto desicca, & tandem calcina; & reiteratione harum operationum opus absolvetur: & omnia metalla facile in oleum reducuntur. Deinde fermentantur, & supra alia metalla projiciuntur.

*De intentionibus quorundam  
Philosophorum.*

**F**uerunt enim aliqui Philosophorum, qui eam in spiritibus posuerunt, & dixerunt ipsam esse in argento vivo, qui secundum suam intentionem verum dixerunt; nam aqua nostra argentum vivum est. Et qui per argentum vivum solum nostrum perficere poterit, preciosissimæ artis indagator erit.

Aliqui in sulphure, qui etiam verum dixerunt: nam aqua nostra sulphur est, quia in spiritibus continetur. Lapis non verè est sulphur non urens, sed mercurium

rium in aurum & argentum convertens, secundum quod per eorum naturam magisterium fuerit præparatum. Aliqui in arsenico, & verum est: quia qui non possunt extrahere oleum à mercurio, abstrahunt ipsum ab arsenico nostro. Alii verò in sale armoniaco, qui etiam à vero non deviarunt: nam sal armoniacus nostram conjungit animam cum corpore, inseparabili conjunctione. Alii verò in sale communi, & in diversitate aliorum salium. Alii in atramento: aliqui in marcasita: Aliqui in mineralibus: Alii in aluminibus; aliqui in tutiis; alii in vitris; alii in boratiis, alii in corporibus metallicis, alii in fœcibus, alii verò in lapidibus pretiosis. Aliqui in ovis, aliqui in carnibus, aliqui in sanguine, aliqui in capillis. Alii verò in omnibus rebus hujus mundi, eam intentionem posuerunt, qui tamen secundum suam intentionem verum dixerunt.

Nam quilibet in verbis celando lapidem dissimulant universa: tamen quæ pro nostro lapide necessaria sunt, exprimuntur particulariter. Et hac de causa ipsi Philosophi non scripserunt libros suos,



nisi suis filiis qui ipsorum dicta intelligunt; suis certe dico filiis etiam qui in materia debira operantur quamvis rarissimi sint, cum eorum intentio secundum literam minimè intelligatur: & sic talis intentio nihil prodest.

Operari autem secundum literam est destructio divitiarum: & ideo dicit Geber, in cap. 7. sum. perf. Si in operando æs tuum amiseris, nos non iniquè corrodas, sed tuæ imputes imprudentiæ: scientia enim nostra magnas non requirit impensas.

Sunt enim quidam cæci solum sublimare edocti, qui se doctos arbitrantur, & nihil intelligunt: alii sciunt tantum distillare, alii calcinare: alii tantum dissolvere coagulare & fixare, & sic hoc solo arbitrantur totum magisterium cognoscere, qui in fine decepti, per mundum vagantur quousque possint etiam decipere, & eorum occasione ac deceptionibus, multiplex nostram pretiosissimam scientiam falsam dicunt.

Verum tamen operationes suprà dictæ considerari non debent nisi duplici sensu: Philosophi enim sæpius per distillationem intellexerunt separationem crassi à subtili, & quandoque clarificationem materiarum, distillationem vocarunt, etiamque filtrationem, distillationem nuncupant.

Et per dissolutionem non intelligunt semper reductionem in aquam, sed sæpissime separationem unius subjecti ab alio, intellexerunt: Ita etiam per sublimationem non intelligunt semper elevationem materialium ad summam vasis, sed sæpè per sublimationem, putificationem atque exaltationem virtutum intellexerunt. Et sic multi, dicta Philosophorum non intelligunt: & nihilominus titulum Philosophorum usurpant.

Sed nemo nomen Philosophi sibi tribuere potest, quin primò totam naturam cognoscat, secundò quin sciat quomodo natura agat in rerum generationes: Quin etiam sciat qua materia natura utatur, ut filios suos nutriat, & quomodo per nutrimentum ipsius, res omnes crescant: & quare in corpore & virtute augeantur, & exaltentur, & tandem destruantur, deinde regenerentur. Verumtamen, qui hoc cognoscere poterit, meritò titulum Philosophorum sibi assumere potest.

Sed cum Philosophi dixerint solutionem esse fundamentum artis, tunc videamus quomodo intelligere debeamus solutionem medicinarum.

Verumtamen solutio medicinarum non est in aquam reductio, sed duntaxat subtiliatio partium conjunctarum & unitarum in fixatione medicinæ, scilicet quòd separentur & postea restituantur, & sic cum fiat humidum, & crassum simplex, & è converso. Nam medicinarum solutio fit ut magis subtilientur, & corporis partes crassæ melius uniantur, & ut medicina per solutionem reducat de potentia ad actum.

Patet enim hoc solis expertis, quia cum corpora subtiliata sunt, dissolubiliter, id est universaliter, cum spiritibus uniuntur per minima, ita ut nullo acumine ingeniorum possint separari ab ipsis: & ideo qui in prima subtiliatiōe vel solutione corpora separat distillando, finem optatum habebit: eò quod in unionē spirituum tota debet esse intentio operantis, quæ quidem intentio nunquam invenietur nisi corpus fuerit in illa subtilitate sicut est spiritus: & corpus fit subtile ad modum spiritus per contritionem & incerationem, sive solutionem, & affectionem ejus cum suo spiritu. Sicut habetur subtile & non aliter: quia quod subtile est, ingressum habet in materiam,

&amp;

& quod subtilius est magis ingreditur, & quod ingreditur tingit sua tinctura corpus cum quo conjungitur. Quære igitur operationem, ut crassius fiat subtilis, & corpus spiritus, & è converso, & non aliter, sicut jam diximus, quòd apud Philosophos est occultare manifestum, & manifestare occultum: & de fixo volatile, & de volatili fixum.

Sed quamvis dixerim solutionem medicinatum non esse reductionem in aquam, sed tantummodo esse subtiliationem partium jam conjunctarum & unitarum in fixatione medicinæ.

Tamen est notandum quòd prima dissolutio corporis ex quo extrahitur medicina, five sit vegetabile, five minerale, fit, ipsum corpus in aquam reducendo, secundum genus vel naturam corporis: & hæc aqua vocatur mercurius: unumquodque enim suum mercurium proprium habet in quo dissolvitur, aut in suam primam materiam resolvitur.

Mercurius verò vegetabilium, in vegetabili terra invenitur: verumtamen mercurius mineralis inter mineralia foditur. Elige ergo mercurium ad intensionem

R. 6. tuam

tuam idoneum , ut ex eo resolutio corporis in aquam fieri possit : quia absque resolutione corporis in aquam , nullo modo ex ea medicina quam quærimus extrahi potest , quæ est quinta essentia corporis. Ideo Philosophi dicunt dissolutionem esse fundamentum artis , quod est resolutio rerum in primam materiam , & hæc resolutio est præcipua operatio artis nostræ de qua Aristoteles dicit, tertio Meta. quod nullo modo metalla transmutari possunt, nisi sint in primam eorum materiam reducta. Ab hac verò dissolutione corporis, fit vera putrefactio , & putrefactione mediante fit rerum heterogenearum ab homogeneis separatio : quibus separatis compositum purum habebitis. Sed hæc separatio omnino fieri non potest sine aliis operationibus supradictis , nempe sublimationibus, distillationibus ac calcinationibus reiteratis , quousque totum compositum in purissimam ac fixam substantiam sit reductum. Sed ex istis verbis quædam difficultates resultare possunt, scilicet quorsum Philosophi hanc aquam vegetabilem dictam mercurium vocant, quæ tantummodò ad vegetabilia pertinet,

net , cùm omnes quidem sciant mercu-  
rium esse inter metalla natum.

Sed ut hanc quæstionem resolvam, sic  
dicam : omne humidum alias qualitates  
superans , mercurius vocatur , respectu  
Planetæ mercurii qui humidus est: Sed cùm  
Philosophi clarè locuti fuerint de humidi-  
tate metallica, non solû mercurium sed etiã  
argentum vivum hanc humiditatem voca-  
verunt; Et reverà metalla nihil aliud sunt in  
primo esse eorum, quàm argentum vivum,  
cum suo sulphure metallico conjunctum,  
sicut Aristoteles dicit tertio Meta. Et hac  
ratione dicitur primam materiam metal-  
lorum esse sulphur & argentum vivum.  
Inde alia difficultas exoritur : Nempe,  
quare metallum argentum vivum vocetur  
cùm formam argenti vivi currentis non  
habeat & videatur durissimum. Verumta-  
men ad hanc quæstionem resolvendam di-  
cam , hoc nomen argenti vivi datum esse  
metallis , multis rationibus , quamvis sint  
in fodinis cocta ac coagulata & fixata:  
& hoc sit respectu primæ materiæ suæ non-  
dum in fodinis coctæ, etiamque respectu  
suæ facilis resolutionis in argentum vi-  
vum, arte dissolutionis tamen ; atque res-  
pectu

pectu suæ fusionis sicut aurifices quotidie probant : quia ab illa fusione , aurum & argentum & alia metalla formam argenti vivi accipiunt , quæ postea aëris frigore congelantur ac prædurantur , & in primo statu metalli duri vertuntur. Istis rationibus verò , metalla argentum vivum nuncupantur. Ideo Philosophus meritò dicit quòd omnia tandem resolvuntur in ea ex quibus facta sunt. Unde facile concludere possumus quòd ab argento vivo metalla producuntur , & generantur , cùm in ipsum tandem vertantur.

*Arnaldus de Villanova*, ut ostenderet veram materiam metallorum discipulis hujus artis, sic dicit in Breviario suo : Materia omnium metallorum & eorum sperma est fumus albus coctus & inspissatus in ventre terræ calore fodinis decoquente , ipse calor verò nihil aliud est quàm sulphur in fodinis generatum , & secundum varietatem sulphuris ac ejus depurationem , & ipsius multitudinem in terra , diversa metalla procreantur : semper tamen ipsorum plurimum materia est una & eadem essentialiter , solo accidente differentis &c.

Quid

Quid sit igitur hæc materia fumosa & alba, & in ventre terræ inspissata? Hæc materia quidem nihil aliud esse potest quam ipsum argentum vivum de quo jam locutum est, quod cum ad partes altiores fodinarum ascenderit, ad modum fumii albi ascendit, & ascendendo purificatur, & tandem coagulatur in metallum purum aut impurum, secundum puritatem ipsius: eodem modo argentum vivum ascendit ad altiores partes vasis Philosophiæ, & ascendendo purificatur, postea distillatur, & tandem cum suis fratribus in quibus sulphur fixativum latet coagulatur & fixatur, arte mediante.

Nunc, charissime, totum tibi apertum est de materia, & de operationibus, quæ jam tibi demonstratæ sunt. Labora igitur, cum prædicto argento vivo ipsum purificando, postea cum corporibus fixis ac perfectis amalgamando, dissolvendo, sublimando ac calcinando, & reiterando quousque totum sit ad metam purificationis reductum. Deinde uti debes arte fixationis sicut alibi dictum.



*Hic sub brevibus Sermonibus totum  
Magisterium declaratum est.*

**S**I quis optat arcanum Dei, in puteum pœnitentiæ descendat, in quo lapis noster benedictus reperitur. Nam Mercurius ex omnibus rebus extrahitur: qui autem totum dicit, nihil excludit: si ergo ex omnibus:

Recipe Mercurium nobilissimum, quia per superabundantiam dicitur uni soli convenire. Ideo si quis scit modum, qui unus est, in puteum pœnitentiæ descendit, atque ibi incenditur, qui descendit is per praxim hujusmodi arcanum Dei absque dubio obtinebit ex sententia veri Philosophi. Modum autem scire hoc opus hic labor est. Investigatio difficilis, atamen inventa res facilis: memento itaque hominem esse nobilissimam creaturam in compositione terræ, quam unquam Deus creavit, in quo sunt quatuor Elementa per naturam proportionata: Ex tali mercurialitas seu vitriolitas, quæ nullius est pretii, producitur arte ex sua mysteria.

Arte siquidem efficere potest ut appareat, manifestetque hunc lapidem absconditum quem dicunt arcanum Dei: hanc rem unam purifica, lava in suo liquore donec albescat, tum sapienter fermenta, & ita habes summam medicinam & thesaurum inappreciable quod nunquam mundani nec ignari comprehendere possunt, nec deliciis ejus frui. Et hoc tantummodò sanctissimis reſeratum est.

Summi Philosophi tum maximè Peripatetici unà cum Aristotele, posuerunt beatitudinem & summam felicitatem, non in divitiis, nec in honoribus aut voluptatibus, sed tantum in operibus virtutum, seu actibus virtuosis & bonis, idque non sine aliqua rationabili causa. Quid enim dulcius? quid jucundius? quid delectabilius? quidve felicius quàm operari bonum, quod & Dominus Salvator noster confirmat dicens: Orate ne intretis in tentationem, oratio est opus virtutum: & alibi in Evangelio, quid hîc statis tota die otiosi? Re, curate omnem langorem & omnem infirmitatem; Matt. cap. 10. solus dicitur verè esse Medicus ille qui scit omnem

nem infirmitatem curare ex eo quod Altissimus creavit medicinam simpliciter , & non medicinas secundum quid , qui ergo habet aures ad audiendum audiat : quia nullum compositum habet amplius totum suum esse : omne verò quod non habet totum suum esse , sicut vinum cum aqua mixtum , est imperfectum : nullum verò imperfectum perfectionem dare potest corporibus humanis , neque metallicis.

Recipe ergo rorem cœli coagulatum , & iterum dissolve illum , & habebis simpliciter veram medicinam , & ne sis otiosus ; audi sanctum Doctorem Bernardum Abbatem Clarevallensem suum socium exhortantem , semper inquit , aliquid boni facito , ut Diabolus te inveniat occupatum : si quis solem sive rorem solis & cœli dissolvit , est valde occupatus , & tunc non timet Diabolum.

In actibus ergo virtutis & bonis operibus esse nostram beatitudinem & felicitatem in hoc mundo asserimus : Quare , ut ait Apostolus , dum tempus habemus operemur bonum , quia actus virtutis seu opera bona esse media ad acqui-

acquirendam hujusmodi beatitudinem ,  
& summam felicitatem Theologicè fa-  
temur.

Ergo in nomine Domini , tanquam  
studiosi virtute præditi laborare bonis  
operibus , ut hanc summam felicitatem  
acquirere possitis , quia opera bona nos  
sequentur & à laboribus nostris re-  
quiescemus.

*De Materia Philosophorum.*

**R**erum omnium principium materia  
Philosophorum est: nam Adam porta-  
vit eam secum de Paradiso, ut extat in sa-  
cris. Altissimus creavit medicinam no-  
stram, Philosophi verò novæ præsentisque  
Academiæ illam ignorant: sed ut discipulis  
veræ Philosophiæ eam ostenderem, audiant  
verba sequentia.

Apud Italiam ultra montes , aliquot  
post Thurinum leucis effodi Electrum  
Philosophorum , materiam dico cretosam  
& nigraceam quæ viscosa est & lubrica  
ad modum butiri , ipsaque quia laboriosè  
acquiritur , habet pro suæ inventionis in-  
dicio herbam saturni quæ eradicatur in  
ejus

ejus loco, postquam ibi fossum est reperitur: hæc materia rerum omnium est principium: constans partibus quinque Mercurii, & tribus sulphuris, de qua fuit formatus Adam in campo Damasceno: hanc terram sive gummi sapius cum aqua nitida dilui ut eam à fordibus emundarem, lotam ad solem desiccavi: & tunc erat instar pulveris tractatu facillimi: desiccata trivi, & in balneo maris collocavi ad ignem vaporosum, in vase aptæ capacitatis, tertia vasis parte vacua: alioquin materia quæ tantopere extuberat exiliisset: nihilque fuisset perfectum: & intra dies quindecim distillavit Mercurius perlucidus subrubens: neque madefaciens: ponderans & beneponderans: quem optimè clausum servavi: terramque in fundobasis derelictam rursus contrivi, & in vase terreo cappam vitream habente ad sublimandum collocavi, ad ignem in dies augendum, & infra dies quinquaginta, sublimavi sulphur rubicundissimum, & sic germen extractum habui, Elementisque separatis, sumpsi istius sulphuris tres partes, & mercurii partes quinque, & ambo soluta miscui in circulatorio ad ignem cinerum,

nerum, & intra dies quadraginta quinque elemento extracto de elemento, per digestionem nigredo apparuit.

Postea ignis assiduitate color cinericius, tum candidus, tum igne vehementiori croceus: denique sanguine draconis rubicundior: & eo non apparuit ulterior.

Pulverem istum inceravi cum tantumdem solis finissimi ad rubeum, aut lunæ ad album, terendo ipsum cum pulvere ipso, & realiter dissolvendo cum mercurio prædicto, & ut artis est, decoquendo, & venit mihi lapis benedictus contra omnes infirmitates omnium corporum tam hominum quam metallorum, cujus granum unum sanat leprosum, & centum mercurii in solem perfectissimum convertit, & ut vidi commutavit. Et antequam inceravissem pondus unum, decem lunæ, ut sum expertus, in solem convertit.

Hoc acquisito, pulveris istius benedicti extraxi quintam essentiam, qui pulvis in hoc opere aliquantum ponderis perdidit: Sed tantæ virtutis fit unum granum, ut unum sufficiat ad infinita quorumcumque metallorum imperfectorum in solem trans-

transmutanda, sed notandum est qualiter, non tantum ubi supra dicta hæc materia reperiatur. Audi, charissime, quod etiam reperitur extra muros Romæ, Avenionis, Lutetiae Parisiorum & alibi. Qui ergo Deum Optimum, Max. ex corde rogaverit quotidie inveniet illam, nam ille est qui dat Jumentis escam ipsorum, & pullis corvorum eum invocantibus; ergo à minori ad majus, cur non nobis filiis suis? imò creavit illam specialiter pro nobis, & non pro animalibus brutis, ut illi gratias agamus. Sed præsentit tempore, multi Philosophi ac Medici quarti ordinis, hoc ignorant, quia nunquam quæsierunt illam. Ideo vos qui has res auditis, Laudate Dominum, cui sit semper laus, & gloria in sæcula sæculorum. AMEN.

*Finis.*

Sed

Sed cum in hoc toto Volumine mentio fuerit de argento vivo Philosophico, & de argento vivo vulgari & communi. Nunc videamus qualis sit differentia inter ipsa.

*De differentia inter argentum vivum vulgare, & argentum vivum Philosophorum.*

**V**eruntamen multi Philosophi dicunt esse magnam differentiam inter argentum vivum Philosophorum, & argentum vivum commune quod etiam vulgare dicitur; Nam argentum vivum commune est corpus, & argentum vivum Philosophorum est spiritus, sicut dicit *Marchesius*: Præterea dicit argentum vivum commune non esse semen metallorum, sicut nonnulli putant, quamvis in libris Philosophorum legatur argentum vivum esse primam materiam metallorum; quod quidem argentum vivum non est istud quod commune dicitur, nec etiam



etiam spiritus ejus : sed est quid aliud , quamvis sit ex simili substantia productum : non tamen omnino simili : nam in compositione istius argenti vivi Philosophorum , terræ qualitas & virtus vincit qualitatem & virtutem aquæ : unde illud argentum vivum est quid fræum & coagulatum naturam cujusdam salis habens & aliud argentum vivum , nihil est quam humiditas metallica ; unde magna est differentia inter argentum vivum quod verum & legitimum est semen metallorum omnium , & inter illud quod numeratur inter metalla , & quod generatur & producitur ex semine communi metallico.

Sic qui novit hanc differentiam , non sumit unum pro alio , scilicet semen metallorum , pro argento vivo vulgari & communi : est enim istud corpus metallicum : sed purius est valde semen nostrum istud ex quo metalla componuntur , quàm argentum vivum commune , quod multò est impurius : dicuntur tamen ambo mercurius & argentum vivum ; sed hic noster dicitur mercurius & argentum vivum Philosophorum , aliud verò vulgi & com-

commune dicitur. Quare hinc prudentes & cauti artifices esse debent : nam totum arcanum Alchimie , ab argento vivo Philosophorum dependet in electione : ergo fitis valde cauti.

Sed quamvis hi sermones sint verissimi , tamen ampliori explicatione egent.

Ut igitur hæc Verba clarè explicem de differentia argenti vivi communis , & argenti vivi Philosophorum dicam. Nos scire debemus semen alicujus rei esse in centro physico ipsius rei vel ipsius subiecti id continentis , & hoc semen est coagulatum & specificatum , & est naturæ alicujus salis , unde sal est filius siccitatis, id est siccitate generatur : scilicet dum siccitas agit in humidum, sal generatur, & semper istud sal conjunctum est humido suo. A simili de semine metallorum, quia semen metallicum quod mercurius Philosophorum dicitur est in centro metalli coagulatum siccitate sua , & hæc est substantia quæ naturam salis naturalis habet & continet : nihil enim naturam salis habet quàm sal : Et hoc argentum vivum quod Philosophorum dicitur nihil aliud

S est

est, quàm sal metallicum suam virtutem generandi habens, & hæc virtus spiritus vocatur.

Sed notare debemus quòd istud sal & semen metallicum est coagulatum & specificatum, & in unaquaque specie metalli inclusum, & hæc substantia est in metallum conversa: Veruntamen corpus istius substantiæ est terrestris materia in qua aliquid sicci continetur, & hoc siccum vincit qualitatem aqueæ ejus substantiæ, & eam desiccat, & fit solida & firma, dum tamen siccitas superat: Et hoc est semen coagulatum & specificatum, & prima materia metallorum.

Veruntamen est aliud semen specificatum & nondum coagulatum, quod etiam argentum vivum Philosophorum nuncupatur, quod discerni non potest nisi per suum corpus liquidum, quod spiritus argenti vivi communis est: hic spiritus tamen est virtus metallica & generativa, in qua siccitas est occulta, & hoc est humidum naturale metallicum: Sed dum tamen aquositas superflua hujus argenti vivi existit in forma aquæ metallicæ, nullam salis formam habet, propter humiditatem

tatem superfluum superantem suum humidum radicale, & siccam radicale, & semper hæc materia volatilis est: Ergo hæc humiditas superflua est separanda: Sed nullo modo separari potest à suo spiritu seu humido radicali nisi habeamus hoc humidum radicale jam à natura coagulatum & in metallum specificatum: quæ simul jungere debemus, & arte mediante in argentum vivum Philosophorum vertere: postea ibi natura sicca, scilicet virtus sicca reperitur, hanc agendo in humidum superfluum, ipsum separat à eâ substantia metallica, operationibus tamen reiteratis: verumtamen hæc substantia sicca coagulata, & jam in naturam metalli conversa, suam terminationem habet metallicam, & hæc terminatio est suus terminus in quo virtus informandi ac in metallum convertendi continetur.

Et cum substantia hujus argenti vivi separatur à substantia superflua & aquosa, per siccitatem prædominantem, tunc mercurius Philosophorum apparet coagulatus qui est spiritus argenti vivi communis. Sed si fortasse hoc argentum vivum

commune, nullum spiritum haberet, totum hoc argentum vivum destrueretur, & in faculentiam converteretur: Sed nostrum nobilissimum argentum vivum coagulatur & tandem fixatur, mediante argento vivo, jam à natura prius fixato, & in metallum converso; & sic sua substantia humida fit sicca mediante, sicco prædominante in materia terminata, & vice versa sicum fit humidum, natura humida superante & dissolvente. Et cum hæc substantia aquea metallica sit, de genere substantiæ coagulata & terminata ac fixata, insimul ea jungi debent, jam postea nunquam separari possint: & sic simile suum attrahit simile, & substantia humida solvit coagulatam & eam mundificat, & cum suo humido radicali jungitur, & tandem fiunt unum: Et cum hoc humidum radicale coagulatum & in metallum reductum, dissolutum fuerit, vocatur argentum vivum Philosophorum.

Istis sermonibus ac rationibus, suis intelligenti demonstratum fuit, quod Philosophi duplex argentum vivum habent, unum volatile, alterum verò fixum. Sed ad omnibus questionibus obviandum,

in-

intelligere debemus esse duplex argentum  
vivum volatile : nempe unum universale  
& alterum specificatum , primum for-  
mam aquæ communis habens , alterum  
verò formam metallicam , & hæc duo vo-  
latilia sunt : primum nullam formam ha-  
bet nisi universalem , & considerari po-  
test tantum sicut materia prima om-  
nium rerum nondum specificatum. Al-  
terum verò formam specificatam habet  
metallicam , & tamen est sicut aquæ  
metallica.

Ultimum verò est omnino metallicum  
quod à Philosophis fixum nuncupatur , &  
hoc argentum vivum est metallum perfec-  
tum , quod ab aliis dissolvi debet , & ad  
sua principia reduci.

Et quia aurum & alia metalla in ar-  
gentum vivum reduci possunt dissolutio-  
ne mediante , Philosophi argentum vivum  
ea vocant in conspectu dissolutionis & in  
argentum vivum resolutionis. Sic eodem  
modo argentum vivum volatile , fixum  
nuncuparunt , in conspectu suæ naturæ  
fixæ quæ in centro substantiæ suæ conti-  
netur ; cum facile fixetur mediante sub-  
stantia jam à natura fixata ac in metal-

lum perfectum terminata.

Sed ut verè dicam, per illud argentum vivum generale de quo primum sermo factus fuit, nihil aliud intelligi debet quàm semen omnium rerum, quod in omnibus rebus invenitur coagularum: Sed cum nondum fuerit coagularum nec specificatum, semen omnium elementorum & spiritus universalis vocatur, qui quidem copiosè in mineralibus invenitur; Sed quia hic spiritus nondum formam metallicam habet, nec specificationem metallicam, immeritò argentum vivum vocatur: sed hoc nomen usurpat in conspectu naturæ metallicæ in centro suo contentæ, quæ de potentia ad actum pervenire potest. Ergo sitis valde cauti in electione materiarum.

Summà, argentum vivum Philosophorum nihil aliud est quàm humidum radicale sive semen metallicum, à metallis extractum per viam Philosophicam, scilicet arte chymica: Et quia non nisi solis Philosophis hoc concessum fuit, illud humidum radicale metallicum, argentum vivum  
Phi-

Philosophorum vocatur, & dicitur vivum quia sibi simile metallum generare potest.

Et mercurius Philosophorum nihil est aliud quam substantia sive humidum radicale ab omnibus rebus extractum per ipsammet viam Philosophicam, sive artem chymicam, ad solos Philosophos pertinentem.

Sed cum satis explicaverimus differentiam quæ est inter argentum vivum sive mercurium Philosophorum, & inter argentum vivum commune, aut mercurium commune: Nunc videamus differentiam quæ invenitur inter sallem communem & Philosophicum.

*De differentia salis communis, & salis Philosophorum.*

**S**I, charissime Lector, quare sal commune, & sal Philosophorum inter se differant, scire cupis. Tibi dicam sal Philosophorum esse sal metallicum, ex metallis extractum, quod si attrahetur & summo pete depuretur, fit summa medicina metallica. Hinc quantum

S 4 dif-



differat sal commune ab isto sale, si-  
lis clarum & manifestum est.

Muli tamen putant ex sale commu-  
ni fieri posse sal Philosophorum, sed  
hoc, ex parte verum est, & ex par-  
te falsum, quia quod est ascerum &  
humidum in sale communi, si con-  
gatur cum humido radicali metallico,  
& ambo putrescant, & fiant salis tunc  
temporis, pars salis communis, & sal  
Philosophorum, quod postea fieri po-  
test sal metallicum fusibile, tingens  
in igne fortissimo permanens ac pene-  
trans.

Verumtamen illud dicitur sal Phi-  
losophorum quod à solis Philosophis  
fiat, neque in rerum natura existat si-  
ne eorum artificio, quamvis existen-  
tiam habeat ex parte naturæ in ipsis  
metallis, tamen proprietates ac ener-  
gias hoc sal non habet, sicut habet  
dum ita à Philosophis preparatur. Id-  
circo dicitur sal Philosophorum: ne-  
que in metallis ipsis sal est. Cum neque  
in humido dissolvatur, nec calido con-  
gescitur, ut innatæ postulant salis con-  
ditiones. Postquam autem preparatum  
est

est ab ipsis Philosophis, tunc omnes  
conditiones salis & qualitates inducit, ita  
ut veram sal dicatur: & de isto sale mul-  
ta enarraunt Philosophi, sed tunc non  
est sal commune, sed quid aliud distin-  
ctum & omnino diversum ab ipso sale  
communi, quod nullas habet huiusce sa-  
lis qualitates, nisi quod solvatur humi-  
do, & congeletur sicco; & non tingit nec  
penetrat corpora metallica, neque transi-  
rat in solem & lunam ut Philosopho-  
rum suffragere solet.

Cum jam satis demonstraverimus dif-  
ferentiam salis communis & salis Philoso-  
phorum: Nunc dicamus de differentia  
quæ est inter sulphur commune & sulphur  
Philosophorum.

*Qualis sit differentia inter sul-  
phur commune & sulphur  
Philosophorum.*

Primo sciendum est quid sit sulphur  
commune: Verum sulphur commune  
nec nihil aliud est quam resina & pingue-  
do aquæ, quæ calore suo interno de-  
ficat

Siccat

ficatur & congelatur in locis calidis  
 & siccis in sulphur, & hæc pinguedo in  
 terra est producta ab ipso humido vis-  
 coso. Humidum enim istud, pedeten-  
 tim in terram pinguem & limo, plo-  
 nam convertitur coctione sua, dum ab  
 impuritatibus suis & excrementis non ex-  
 purgatur: quæ quidem, terra imprægnata  
 humida illo impuro pingui, dat ro-  
 rum nostrum vulgare sulphur, quod  
 quidem aliquando in locis sobriantis  
 caliditate & siccitate terræ in qua pro-  
 ducitur, inflammatur & ignescit, hinc  
 flammæ externæ terra erumpunt cum  
 & perpetuum illis nutriendis substitua-  
 tur alimentum sulphure de novo pro-  
 ducto & semper adaucto: hoc autem  
 sulphur ita à natura productum tantis &  
 tot excrementis scatet, ut quod in illo  
 latet boni evanescat & pereat una cum  
 illis excrementis: quamvis sit tamen in  
 eo tinctura rubea, sed volatilis & cor-  
 ruptibilis. Tamen perfici potest si excre-  
 menta illa separentur per solutionem ve-  
 ram & physicam, & tinctura illa perfe-  
 ctè coqui & figi potest, ut perfectionem  
 acquirat. Et cum fuerit à totis suis ex-  
 crementis

crementis separatum, tunc ex ignibili corpore & inflammabili exsurgit corpus incombustibile purum & perfectum, quod cum auro Philosophorum æquales habeat virtutes & energias.

Iam declaravimus quid sit sulphur commune, nunc sulphur Philosophorum declarandum est, ut hinc eorum differentia intrescat. Sulphur propriè Philosophorum est ignis naturæ in rebus omnibus inclusus, & præcipuè ignis naturalis ille qui soli eorum & lapidi includitur, cujus beneficio lapis ille seu sal sua miracula facit: Ne credatis igitur, Lectores, sulphur Philosophorum esse quid palpabile & visibile, nisi pro subjecto in quo clauditur, somatur. Nam sæpissimè ita à Philosophis accipitur. Lapis siquidem eorum, sulphur eorum dicitur, quod in eo lapide includatur. Propriè tamen est ignis naturæ in ipso lapide inclusus, seu lumen creatum & Astrorum omnium vis & potestas, quæ in ipso lapide viget: quæque dicitur sulphur Philosophorum quod à Philosophis præparetur, & per hanc præparationem ad hanc virtutem & energiam actionis deveniat; unde cum opè & ministerio

420 *Septem Verba Philosophorum.*

Philosophorum, ad hunc perfectionis gradum deveniat, jure merito dicitur sulphur Philosophorum : Unde cum hoc sulphur tantam perfectionem habeat, ut majorem habere non possit, & sulphur commune summa scateat imperfectione & corruptione, differentia est inter ipsa quam maxima, & his declaratis satis nota & manifesta est differentia. Nunc vobis totum secundum de differentia materialium communium & Philosophorum demonstratum est, quod vobis huc usque occultum erat.

*Finis.*

**REVE**

420  
Philosophorum, ad hanc perfectionem  
non deveniat, nec meretur, cum in hoc  
Philosophorum: Unde cum hoc  
tantam perfectionem habeat, non potest  
habere non posse, & aliquid de corrupti-  
summa carere imperfectio, & corrupti-  
one, difficultas est inter philosophos, quoniam  
difficultas est inter philosophos, quoniam  
difficultas est inter philosophos, quoniam  
**REVERENDISSIMO**  
difficultas est inter philosophos, quoniam  
difficultas est inter philosophos, quoniam  
**ARCHIPRESBYTERI**  
difficultas est inter philosophos, quoniam  
difficultas est inter philosophos, quoniam  
**MAGISTRO**

1512  
**ANTONII DE ABATIA**

**EPISTOLÆ DVÆ,**

**Scrutatoribus Artis Chymicæ mandata.**

the first of these is the fact that the

the second is the fact that the

the third is the fact that the

the fourth is the fact that the

the fifth is the fact that the

the sixth is the fact that the

the seventh is the fact that the

the eighth is the fact that the



*Antonij de Abatia Epistola prima.*



UM viderim multa volumina à Philosophis scripta , de transmutatione metallorum , tamen ita obscura, ut ferè ea nemo intelligere possit , propter eorum locutionem anigmatibus onustam : & quamvis veritatem ibi declaraverint , tamen eam secundum intentionem suam demonstrarunt : & sæpius inter verba sua verissima multa futilia recitarunt , & res essentielles in terra spinosa ita occultaverunt & absconderunt, ut à nullis intelligi nec attingi possent, quin gladium Alexandri habeant ad solvendum nodum Gordianum; id est resolvant omnes difficultates quæ occurrunt.

Ideo charissimi & in hac arte studiosi, vos monere volui, ut nihil agatis nec vos fatigeris in legendis aut studendis Philosophorum libris de Arte Chymica, quoniam nihil clari ibi invenire poteritis, quòd tantum sapientibus scripserint & illis qui  
artis



artis vocabula intelligunt. Ne autem quis  
hallucinetur, sic dicunt, Si verba nostre  
intelleris, totum secesum tibi demon-  
stravimus: si verò non, nihil tibi di-  
ximus.

Idcirco Ptolomeus dicit quòd nullus  
scientiam artis sibi arrogare debet, quin  
à Deo illi data fuerit. Idco notate debetis  
quòd nunquam hanc artem ita diffìcilem  
invenietis, nisi voluntas Dei assentiat, &  
quin aures, intellectus, vestri aperiatur, sicut  
ipsi Philosophi dicunt.

Verumtamen in pluribus locis, &  
multis qui sibi scientiam hujus artis  
tribuerunt, magnos errores admittere vidi.

Multi verò arsenicum album labora-  
runt, alii auripigmentum, alii mercu-  
rium vulgarem, alii marchasitas, alii tara-  
tarum, alii verò diversa olea, & liquores  
tractarunt, & hæc omnia inutilia esse  
cognovi.

Sunt etiam multi qui secundum libri-  
ram Philosophorum diversas materias tracta-  
nt, & laborant, nihilominus errant, &  
errabunt, quia vocabula Philosophorum  
non intelligunt, nec eorum intentionem  
aperire possunt.

Tamen

Tamen vobis dico quod non hinc  
 omnibus arcana doctorum cognoscere,  
 quia haec tantummodo Deum scienti-  
 bus data sunt, & aliquando: & quodam  
 amico charitate commoto sunt re-  
 latus bonis quibusdam doctoribus caris-  
 si. Hac de causa hanc epistolam composui  
 absque aliqua occultatione, aut aliqua  
 obscuritate. Sed quod videtur cap-  
 titus fui, ad vos sincere scribere volui,  
 ne in his rebus tempus teratis, aut bona  
 vestra dispareant frustra laborando. Ta-  
 men in hac arte expertus sum, & multis  
 pharmacis usus, quod nisi magnis sum-  
 ptibus fieri non poterat, & tamen nihil  
 boni inveni, quia verum principium hu-  
 jus artis ignorabam, & diu laboravi sicut  
 & alii laboraverunt, nempe, supra arseni-  
 cum, aut pigmentum, & argentum vivum  
 commune, ipsas materias sublimando, ac  
 que dissolvendo, & coagulando, & multi-  
 coes iterando, sed nihil boni invenire  
 potui.

Etiamque multa genera salium tracta-  
 vi, credendo, secundum Philosophos, la-  
 pidem in ipsis invenire posse: Sal com-  
 mune, nitrum, viriolum album, & vitru-  
 de,

de, multoties laboravi, etiamque sal armoniacum, alumen album & rubeum tractavi: Sed nullam utilitatem mihi attulerunt, quia nihil dare potest quod non habet. Omnia enim suum simile generant; homo hominem generat, & equus equum; etiamque triticum generat triticum; Salia verò generare nequeunt nisi falcorum naturæ, & lapides causticos: Ideo non debetis querere in re aliqua quod ibi non est: Metalla enim non generant hominem, nec homo metallum generat, nec ex lapidibus muscæ generari possunt. Sed Augurelli sententiam audite sic dicentis, *in auro sunt semina auri*, &c. Natura hoc nobis passim demonstrat, idcirco eam sequi debetis, & actiones ejus imitari: ut exemplo suo opus faciatis & in errorem non incidatis. Scitis igitur Charissime naturam sequi, mox quod queris habebis: Per eam, & cum ea igitur laborare debes: si verba ejus intelligere possis, illa verò tibi totum demonstrabit magisterium, quia in ipsa sola continetur.

Jam tempus est, ut materias ad hanc artem idoneas videamus, quas nullo modo occul-

occultare vobis volo ; sed quidem totum demonstrare quantum potero , sermonibus familiaribus.

Scitote igitur charissimi , lapidem nostrum ex duabus naturis esse compositum , nempe ex auro vel argento purissimo , & ex suo solventi naturali , sine quo nullum metallum perfici potest ; Et materia ex qua hoc dissolvens extrahitur secundum *Reimundum* ; Nigrum nigrius nigro vocatur & materia ista satis communis est , & ab omnibus intellecta.

Hanc materiam recipe , & ex ipsa elementa separa philosophice : primum aquam separabis , secundo phlegma , & tertio oleum ; aqua verò quæ prima exivit , acutissima ac penetrantissima est , & à multis lunaria major vocatur : secunda verò quæ exivit , nihil est quàm phlegma : oleum verò quod ultimum exibat , acetum acerrimum vocatur , etiamque aqua vitæ à multis nuncupatur quia dat vitam metallis , & est verum auri dissolvens , sine quo aceto acerrimo , si naturam mineralem intelligas , atque metallicam , nihil considerari potest in hac arte. Da igitur operam ut magnam

magnam quantitatem hujus aceti habeat, aut aqua vitæ.

Multi tamen de aquis fortibus communibus locuti fuerant, credentes in eis totum secretum consistere, sed in maximum errorem inciderunt: nulla enim alia aqua fortis ingreditur nostrum magisterium, quam nostra aqua Philosophica, quæ aqua vitæ vocatur, atque nostrum acetum acerrimum sine quo nihil perficeretur in arte.

Verumtamen multi aquas fortes extrahere callent, aliqui quidem illam ex vitriolo & nitro extrahunt, & alii ex cinabaro: sed hoc tamen nihil est, quia valde corrosivæ sunt ex parte impuritatis materiæ ex qua sunt, & non quasi aquæ vitæ nuncupari possunt, quia potius venales sunt ad metalla destruenda, quam vitam illis suppeditandam. Et hac ratione qui illis utuntur pro metallorum transmutatione, dupliciter errant: primo, quia materiæ ex quibus factæ aut extractæ sunt, ab omnibus impuritatibus nondum sunt separatæ, & quod impurum est, nullo modo vitam dare potest: quia omne impurum est venenum, imò magnum venenum materia

riæ hujus naturæ continent. Sed quod  
dat vitam metallis est sine dubio aliqua  
purissimam quod in se vitam continere  
debet, & hac ratione cum metallis com-  
municat ac suppeditat. Nostra autem  
aqua vitæ, aut nostrum acetum acerrim-  
um sunt, nec esse possunt naturæ aquar-  
um fortium communium. *Reimondus*  
verò dicit aquam suam esse compositam  
& à quadam massa quatuor Elementa con-  
tinente extractam: & hæc aqua nisi ab ex-  
perts in arte invenitur. Hæc aqua dicitur  
aqua lunaria propter luciditatem suam,  
etiamque aqua vitæ nuncupatur, quia  
est semper viva, & sua vivacitate dat vi-  
tam omnibus metallis: & metalla mor-  
tua ab ipsa resurgunt, cum sint ei addita.  
Hæc aqua etiam à multis vegetabilis vo-  
catur: cum qua Elementum secundum  
separatur à massa, atque conjungitur.  
Ergo vera vobis dico hæc aquam esse for-  
tissimam, & est omnium metallorum dis-  
solvens, & cum ipsis postea congelatur,  
& non sunt nisi una natura. Sed conjun-  
gere ea debetis secundam appetitum pas-  
turæ, & non secundam intentionem vest-  
ram, alioquin conjunctio vobis nocetior.

Verum:

Verumtamen si cupis, charissime lector, hanc artem intelligere, oportet ut omnes sollicitudines hujus mundi dimittas, & te à vitiis separe, & Deum ex animo preceris, quia ab illo omnia bona procedunt. Tunc, qualis sit hæc materia ex qua hæc aqua benedicta extrahitur, excogitare debes, & semper res minerales ac metallicas considerare, & proculdubio hanc materiam invenies.

Habita materia, spiritum ejus extrahe secundum artem; postea, phlegma, ultimo, oleum sive acetum acerrimum nostrum, & sic habebis tria elementa; quartum enim elementum in fundo remanet, quod caput mortuum vocatur: hic spiritus tamen aqua nostra vegetabilis, atque aqua lunaria nostra, & aqua vitæ nuncupatur. Hæc aqua tamen quæ ab aliquibus Philosophis spiritus ardens nominatur, reservari debet ad album; & nostrum acetum acerrimum ad rubeum.

*De operatione hujus aquæ.*

**S**I vis, Charissime, cum aqua supradicta laborare ab album: dissolve in ipsa argentum purissimum, tantum quantum dissolvere

dissolvere poteris; quo dissoluto, ab ipso  
aquam fortem separa, & nostram mate-  
riam ad modum olei invenies; & de pon-  
dere aucta magis quàm dimidia parte; sed  
talis dissolutio non fit mediantribus aquis  
fortibus communibus, quia nullo modo  
cum corporibus in eis dissolutis congelati  
possunt, propter spiritus volatiles quos  
continent; Ideo nulla bona seu perfecta  
solutio, nec congelatio ex ipsis fieri po-  
test.

Hac ratione, opifex sapiens miscere  
debet argentum purissimum calcinatum in  
aqua forti nostra, quæ non est commu-  
nis, sed est fortior aliis aquis, & vocatur,  
sicut jam diximus, lunaria major: & cum  
mixtio facta fuerit ac dissolutio, per B. M.  
Extrahæ aquam fortem, & ab argento disso-  
luto illam aquam separa lento tamen igne:  
aqua forti separata, cohoba super fæces  
cum altera nova aqua, & in balneo dissol-  
ve, deinde aquam separa per distillatio-  
nem, sicut prius; postea adhuc cum aqua  
recenti cohoba, donec tota calx lunæ  
limpida ac clarissima sit, ad modum aquæ  
vitæ: sed post primam dissolutionem, per  
spatium



Spacium 15. dierum illam putrefieri sinas igne leni.

Putrefactione petacta cum sequentibus dissolutionibus & cohobationibus supradictis, & sit calx lunæ limpida & clarissima dissoluta, & tota materia ad modum aquæ vitæ reducta: separa Elementum aquæ per distillationem sicut dictum est, & in fundo vasis quintam essentiam nostram reperies pulchram, albam & clarissimam.

Recipe hanc materiam & in lenissimo igne desicca per quindecim dies: exsiccatione facta, auge ignem & in igne fixationis per octo dies eam magis desiccare permitte, & in oleum fixum convertetur. Hoc oleum nostrum fixum ac benedictum virtuosissimum est, atque pretiosissimum & sperma metalli, & quinta essentia fixa nuncupatur.

*De virtute hujus essentia fixæ.*

**V**erumtamen, dico virtutem hujus essentia maximam esse; Nam si margaritam unam communem accipias calcinatam, & cum hac essentia fixa & oleaginosa

nota miscueris, & in aliquo vase vitreo sublongo in calore solis posueris per tres aut quatuor dies, altissimam ac pulcherrimam margaritam habebis, ita ut nulla pars ei sit futura, quod est miraculum nature.

*Aliud arcanum cum essentia dicta.*

**R** Ecipe huius olei five essentie fixae unciam unam, & mercurii Philosophorum sublimati septem uncias, & simul misceantur, postea sublimetur mercurius, & quod sublimatum fuerit cum parte fixa in fundo remanente iterum misceatur, & sic continuando sublimationem, ac mixtionem volutilis cum fixo, donec totam materiam in fundo reperias fixam; Ita medicinam tingentis ac permanentis habebis, cujus pars una cadet supra 100. mercurii preparati.

*Aliud arcanum.*

**S** I partem unam dicti olei accipias, & cum 150 partibus mercurii vulgaris misceas, & in igne coagulationis decoquas

**T**

**per**

per octo dies: coctione peracta, materiam albam & tanquam margaritam invenies: deinde frange vas, & pone hanc materiam in crucibulo cum paululo sapone, & salenitro: Juro in veritatem Dei, quod argentum purissimum in omni judicio optimum habebis; & hoc totum ex quinta essentia lunari procedit.

*Aliud arcanum.*

**E**tiamque cum eadem essentia vera & perfecta transmutatio omnium metallorum in lunam perfectam fieri potest, tamen præparatione mediante cujusvis metalli quod transmutare voles; & hæc præparatio fit calcinatione & calcinatio enim disponit metallum ad citius medicinam recipiendam, ut in ipsum ingressum habeat.

Multi tamen negantes artem esse veram & possibilem, dicunt metalla in altera metalla transmutari non posse, & quamvis axiomate dictum fuerit quod putrefactio unius est generatio alterius, tamen dicunt in metallis hoc fieri non posse: quia per corruptionem argenti aurum fieri

zi non potest, nec per corruptionem auri, argentum generari; & sic semper aurum post putrefactionem, sub forma auri remanet, ita de argento. Verumtamen hac quaestione probare non possunt artem non esse veram: sed potius ab isto axioma probatur artem esse veram: quia per argenti corruptionem aut putrefactionem, argentum incorruptum generatur, quamvis sit semper argentum, tamen non est primum argentum, quia per corruptionem fit mutatio de imperfectione ad perfectionem.

Ad perfectionem, & de perfectione ad perfectissimam naturam argentum tendit, & de qualitate perfecta, mediante putrefactione, ad qualitatem perfectissimamducitur: Postea in medicinam transit, & ex ista medicina, sive essentia alia metalla imperfecta perficiuntur; & hoc est ab uno statu imperfecto mutare in statum perfectum, & à perfecto ad perfectissimum ascendere. Hac ratione jure merito dici potest putrefactionem unius status esse generationem alterius. Non quòd dicere velimus, hanc mutationem fieri debere extra genus aut naturam metallorum,

tallorum, nec aliam rem per putrefactionem metalli generare, aut extrahere quam ipsius essentiam, quæ est medicina eorum. Idcirco diximus aurum generare aurum, & argentum generare argentum ex aliis metallis imperfectis; & quamvis hæc generatio vocetur transmutatio, tamen non intelligimus aliam naturam quam metallicam perfici ex eorum putrefactione. Illi verò qui hanc difficultatem afferunt, non nos rectè intellexerunt, nec unquam ætem cognoverunt. Verumtamen, per hanc transmutationem metallorum, non intelligimus, quòd medicina auri vel argenti, lapides in aurum aut argentum mutare possit per projectionem, quia hoc esset extra naturam metallorum: quia lapides non sunt de genere metallorum; Et jam diximus omnia suum simile generare posse, sicut ex tritico triticum generatur & ex homine homo: Et sicut grànum tritici in terra illi idonea seminatur, ut germinet & fructum ejusdem naturæ afferat: ita essentia metallorum perfectorum, in sua propria terra metallica seminari debet, ut fructus ejusdem naturæ afferantur. Terra verò propria metallorum est mercurius.

quius, aut Iupiter, aut Mars, aut Venus, aut Saturnus; Luna verò est propria terra Solis & ei propinquior aliis: & uterque scilicet sol & luna, fermenta vocantur. Revera essentia solis ab ipso sole fermentatur, postea cum supra quodcunque metallum projecta fuerit, in aurum optimum coarctetur. Ita de luna fieri potest si lunam optemus, & hoc verissimum est.

Si verò fermentare velis cum mercurio sublimato, etiam vobis veritatem dixi, sed hæc operatio multum temporis petit; quia semper sublimationem reiterare debes, donec tota materia fixetur in fundo vasis Philosophiæ.

Si verò fermentare velis ab aliquo metallo, oportet ut metallum sublimetur ad summitatem vasis cum fermento ad modum sulphuris, sed hæc substantia non nimis altum ascendit: Igitur probare poteris unum & aliud opus: sed quamvis sublimatio mercurii cum fermento multum temporis petat, tamen magnam utilitatem dabit, & hoc opus est facilius aliis metallis: & tibi confirmare possum hanc operationem fieri posse sine magno labore, id est fatigatione.

Philosophi verò dixerunt fac de volatili fixum, & de fixo volatile. Cùm volueris hanc operationem perficere: Recipe partem unam corporis fixi, & tres partes materie volatilis, & junge eas simul, & age per sublimationem, & totum simul sublimabitur; ~~Aut~~ tamen hujus sublimationis est, quatuor partes volatilis miscere cum una parte fixi, & fiet totum volatile; Si verò tres partes fixi accipiantur, & cum una parte volatilis misceantur, totum fiet de volatili fixum, & sic in infinitum procedere potest. *O Deus Sanctissime!* quanta magna bona vobis dixi, paucis verbis. Nunc intelligite veritatem quam ante oculis habetis: & scitote quòd nunquam mihi hoc demonstratum fuit clarissime, & quamvis hoc mihi demonstratum fuisset nullo modo veritatem comprehendere potuissem. Sed à Deo totum habui. Idcirco qui in hac arte laborant ipsum Deum precari debent ex animo, & totum secretum ab ipso obtinebunt.

Iam vobis dixi modum argentum faciendi cum argento. Iam tempus est ut vobis demonstrarem modum aurum faciendi.

Eo.

Eodem modo quo vobis dixi de argento, ita de auro fieri potest.

Etiamsque vobis dico, quod semel aurum facere putavi, & aurum album feci, tamen in omni iudicio ac examinatione auri veri, & hoc factum fuit propter conjunctionem non proportionatam duorum metallorum perfectorum, & nihil vobis dixi, nisi quod feci & probavi.

Tunc temporis nondum auri faciendi modum sciebam ante, nunquam scivisse nisi Deum invocassem.

Et quia Philosophi dixerunt artem in re vilissima inveniri, & vili pretio emi: sicut marchasitæ, antimonium album & rubrum; hac ratione has materias laboravi ut essentiam ex eis extrahere possem, non tantum ex eis essentiam extrahere conatus fui, etiamsque ex multis aliis mineralibus, per modum quem ex argento extraxi: Tamen nec in Marchasitis nec in Antimonio, neque in aliis mineralibus ullam tincturam utilem extrahere potui. Et cum hoc viderim, Orationem meam Deo iterum applicavi, ut opus ad rubrum obtinere

T 4      possem,



possem, sicut ex illo album obtinui; Ideo  
 vos admoneo. Deus precari, si ali-  
 quid in hac arte obtinere velitis; verum-  
 tamen multos libros hujus artis legi ac  
 perlegi, sed nullam veritatem inveni; at-  
 que multos operatores vidi, sed omnes  
 falsi fuerunt, quia operari nesciebant se-  
 cundum naturam, quæ semper expulit  
 materiam ei nocentes, & altitudinem hu-  
 jus magisterii ignorabant: & profundita-  
 tem occultam unde nostra scientia extri-  
 hui non bene considerant; Et credi-  
 derunt quod in spatio duorum aut trium  
 mensium opus obtinerent: Sed in iis co-  
 gitationibus valde aberrant; quia hoc  
 opus longum tempus petit & fieri non  
 potest nisi laborando continuo. Et quod  
 magis opus laboratur, tantum magis per-  
 ficitur.

*Lam Dao.*

*Hæc*

*Hic est secunda Epistola dicti Reverendissimi Archipresbyteri, Magistri Arzonii de Abatia ad scrutatores Artis Chimica, scripta: De modo aurum faciendi.*

**Q**Ueniam, Charissimi mei, in precedenti Epistola multas rationes hujus artis vobis dixerim: tamen nunc adhuc vobis dico quòd sine auxilio Dei nihil inveniri potest, sicut ait Raimondus Lullius.

Et quia opus ad rubeum, multis precibus à Deo obtinui: hoc opus rubeum in gratiam scrutatorum hujus artis Deum timentium decegere volui, tamen sub paucis sermonibus, ut veritatem noscatis, & satisfacti sitis meis Epistolis.

Veruntamen vobis assero me invidum non esse, nec ingratum sicut multi fuerunt, & nulli hanc artem nisi cum dissimulatione scripserunt, quod malum omen Deus avertat: sed cum magna commiseratione motus fuerim, totum secretum vobis ostendere statui, tantum quantum

T. 5 mih

mihi possibile erit, & vobis demonstrare citrinitatem albi, & rubificationem citrini, quod totum est secretum Philosophorum. Nunc aures vestras ad verba mea aperire debetis, ita ut nihil in terram cadere possit: quia hinc vobis aliquid detegam, quod nullus adhuc detexit: Idcirco moneo vos, ut totum præcipuum vestrum in hac scientiâ radicali sit fixurum, ut perfecte cognoscere possitis principium causarum naturalium, & elementa eorum, & sicut natura in rebus suis procedit, & ad generationem rerum agit, per motum & alterationem naturalem: inde facile comprehendere poteritis sensum verborum Philosophorum, & omnes figuras quæ in libris eorum scriptæ sunt, ænigmate plenis, & sub verbis metaphoricis, intelligere facile poteritis. Ergo inquirere debetis cum diligentia de hac præstantissima & dignissima scientiâ, quæ figurativè scripserunt, ut doctrina eorum non pereat, & ignores eam, & hac ratione discipulos suos monuerunt verba secundum literam non considerare, sed sensui eorum adherere.

Multi tamen sunt qui secundum literam operari sunt, & bona sua ac tempus

pus

pus dispendi decunt & in magis inoptiam  
 venerunt. Præterea, ego vos animadver-  
 ro, ne cogitationes omnes vestras ad libros  
 Philosophorum referamus, & sequi non  
 debetis intentiones omnes capitis vestri,  
 nec imaginationibus spiritus concedere,  
 sed potius semper principia naturalia con-  
 siderare, & semper rationes super lapidean-  
 tydium probare, id est ad libros Philoso-  
 phorum conferre, & ad principia natu-  
 ralia referre: sic faciendo paucis diebus  
 totam artem intelligetis: igitur optime  
 iudicare concordantiam verborum Philo-  
 sophorum debetis, quia in hac re verita-  
 tem dicunt; & hoc est consilium Magi-  
 stri artis generalis Florentiæ: cum dixerit  
 artificium cum libris Philosophorum con-  
 cordare debere, sicut Legistatores faciunt  
 unam legem cum altera componendo. Et  
*Raimondus* dicit quod artem quæ sitam  
 reduci debet, sicut in circulatione alpha-  
 betica, de principiis universalibus, ali-  
 quin veritas cognosci non potest.

His tamen sermonibus vobis consi-  
 lium affero, ad artem non accedere, nec  
 manus admoveere, quin scientiam ha-  
 beatis & omnes opiniones Philosopho-  
 rum

rum resolvere possitis ad unam, etiamque operationes ad unam operationem convertere: alioquin semper in errorem incidetis. Ideo si artem scire cupiatis: oportet primo et naturam omnium rerum cognoscatis & conversionem earum sciatis: ut melius ad cognitionem materię ex qua nostra medicina extrahitur perveniat, quod sine voluntate Dei nunquam scire poteritis, quia profundissimum secretum hujus scientię est materiam debitam cognoscere quę naturam habet metallicam propinquiorem aliis & immediatam. Nunc fide Catholica, cum totus fuerim lingua, nunquam narrare possem, quot sint laborantes in materia non debita, ac si vellent ab equo generati hominem: & multi tamen materiam debitam laborant, sed huic materię additionem alterius rei faciunt, eam conjungendo cum materiis extraneis, & sic omnino opus deperdunt. Verumtamen tales in errore linquere debemus, quia nunquam recte operabuntur. Et hac ratione *Raymondus* dicit, nullum sophistam unquam ad veram scientiam aspirare posse. Etiamque *Gaber* Magister Magistrorum dicit in sua summa, quod indagator hujus

huius artis, semper viam sophisticam fugere debet, sed totam suam curam ad viam directam figere debet: quamobrem ars nostra in manibus Dei reservata est; Deus enim dat hanc scientiam secundum arbitrium suum, Et eam subtrahit superbis & illis qui omni iustitia & bonitate sunt vacui: Igitur per Deum & cum Deo laborare debetis, quia sic faciendo artem veram invenietis: Qui verò sophisticè laborat, semper in destructionem & in magnum periculum tendit. Hac ratione *Magister* artis generalis de Florentia, in proœmio suo sic dicit: in hac scientia multa obstacula obviam veniunt quæ artificio obsunt, & maximè illi qui opus sophisticum quærit, quod præcavere omnes debent. Item in capitulo 41 in fine secundæ partis dicit quòd investigatio artis sophisticæ, damnata & prohibita est; alibi dicit hanc artem nullum inimicum habere quàm ignarum: unde Thomas Aquinas, in Philosophorum turba, dicit per os sapientissimi Salomonis, palatum meum veritatem sapiet, & eam meditabitur: & labra mea impium detestabuntur. Lis sermonibus propositis, duplex officium

viam demonstratum est de sapientia, scilicet artis Chymicæ veritatem quæ in meditatione principiorum naturalium consistit. Sed hoc maxime demonstrat, cum dixerit palatum meum veritatem meditabitur, & errorem contra veritatem repugnabit: etiamque maxime constat istis sermonibus, labra mea impium detestabuntur; id est quod omne opus sophisticum tanquam falsum ab omnibus hominibus detestandum est: unde prosequitur, quod unum contrarium alterum refutat: Sicut medicina quæ dat sanitatem, excludit infirmitatem. Unde Aristoteles in Ethicis dicit, officium sapientis esse duplex, primum non mentiri, secundum verò est, sermones mendacii non falcire. Sed ad propositum redeamus. Scitote mei Charissimi filii, quod materia propria extrahitur ex illare quæ à *Raimondo*, nigrum nigrius nigro vocatur, & illa nihil aliud est quam aqua nostra viscosa & tanquam vinum acuta: *Et Hermes* dicit eam extrahi debere ex cavernis occultis fodinarum: etiam vobis dicam, mei fratres, hanc aquam esse in suo principio imperfectam, antequam conjugetur in suo,

fluo, attamen post istam conjunctionem  
est aqua permanens, & in igne perseve-  
rans, tunc est germen boni odoris; com-  
positum, aqua serenata, aqua perennis;  
aqua vegetabilis, aqua vitæ, ignis balnei  
nostri, materia prima & sperma metalli,  
Chaos universale, hermaphroditus gene-  
ratus, virgo concipiens, nostra chelido-  
nia, & lunaria major, & à Philosophis in-  
finitis aliis nominibus est vocata: ita ut  
ferè omnes hujus artis investigatores ni-  
hil oderint magis quàm pluralitatem no-  
minum hujus materiæ: sed hæc nomina  
periti in hac arte curare non debent  
nec vos etiam fratres mei, pluralitatem  
nominum istius materiæ non curare de-  
betis: quia hæc pluralitas expressè à Phi-  
losophorum Turba mandata fuit obscu-  
ra, ut nemo intelligere possit artem nisi  
illi qui sunt Philosophorum discipuli. Un-  
de *Pletis* in Turba dicit, vobis juro per  
Deum, me multum temporis occupasse,  
in libris Philosophorum legendis, ut pos-  
sim hanc rem cognoscere; & multoties  
Deum precatus sum, ut mihi ostendat &  
hanc rem aperiat ut de hac re ei gratias a-  
gere possim: Imò hoc mihi tandem con-  
cessit,



cessit, & gaudium fui. Postea mihi demonstratum fuit de qua re Philosophi locuti fuerunt, & aquam mundam vidi, & statim cognovi eam esse acetum Philosophorum, & quanto magis libros eorum legebam, tanto magis veritatem hujus materie cognoscebam, & peritus in hac scientia fiebam.

Magister artis generalis Florentiæ, loquendo de hac scientia, & de hac aqua dixit; secretum hujus artis totum, est scire qualis sit aqua Cœlestis & gloriosa de qua fuit sermo, quæ convertit corpus nostrum in merum Spiritum. Etiamque Geber, in Capitulo naturæ Martis, eam extollendo, sub nomine Mercurii nominat: sic dicens, laudatus sit Benedictus, gloriosus ac altissimus Deus, qui hanc aquam creavit, & cui substantiam & proprietatem substantiæ dedit; quæ tamen proprietas, in omnes alias causas naturales cadere non potest, nec quicquid cum ea convenire, quin sit generis metallici, nec ulla res eam possidere potest, quin sit metallica, quod signum est perfectionis hujus generis. Verumtamen omnis perfectio, & omnis potentia apud Deum invenitur; ignem

ignem verò illa vincit, ut ab igne non separata est, in igne verò quiescit & gaudet, & ipse est ignis ex quo vita omnibus rebus data est, & anima hominibus, ex illo verò omnia bona procedunt etiamque illa est quæ naturæ dat virtutem ut omnes species, & omnia genera specierum, ab ipsa generentur; quid nunc igitur melius vobis tradere possem? sic nullam aliam intentionem habere debetis nisi cum hæc aqua aërem incipere & finire, cum ea sit principium & finis hujus benedicti operis Philosophici.

Varumtamen istæ rationes ex nostro capite non enascuntur, sed secundum verba Philosophorum suis discipulis mandata, vobis demonstrantur, & non contrariorum dogmata, quod hanc veritatem omnes credere possunt & videre hoc opus nihil aliud esse quàm opus naturæ, quod opus non ab arbitrio nostro nec intellectu dependet, sed è contra: nam intellectus noster semper veritati se conformare debet, veritas verò nihil aliud est quàm certa adductio causarum ad nostrum intellectum, sicut sunt in natura: quod sententiâ Aristotelis confirmatur.

Alber.

Albertus magnus in libro tertio de mineralibus in capitulo 92. concludit materiam primam metallorum nihil aliud esse quàm humiditatem subtilem & unctuosam, quæ incorporata & fortiter commixta subtili terrestri, est omnino cum eo unita. Unde fratres mei, fidem mihi habere debetis, & consilium meum cum bonum sit ne contemnetis: scilicet nullam aliam rem quàm hanc aquam in pectus mittatis: & sicut dicit quidam Philosophus, nullam intentionem habere debemus quàm ad hanc aquam, quia operatio nostra nihil est aliud quàm nostram aquam noscere, quia qui eam noscit, etiamque operationem noscit: & expectare debemus ejus fixationem patienter donec fixerit sine ulla ascensione, tunc perfectè operatio sciatis.

Et nostrum sal vegetabile factum videbitis, etiamque aurum nostrum, argentum nostrum, plumbum nostrum, stannum nostrum, cuprum nostrum, ferrum nostrum, argentum vivum nostrum, auripigmentum nostrum, arsenicum nostrum, sal armoniacum nostrum, vitriolum nostrum, nostrum Kibrit, sulphur nostrum,

strum, lac nostrum acetosum, metalbum, fons ypoquistides rosata, & acetum acerissimum nostrum, vinum aromaticum nostrum, menstruum nostrum; & multa alia nomina quibus Philosophi utuntur, quæ ex ista aqua composita derivantur, & ab origine sua radicali extrahuntur. Et secundum purificationem ac mundificationem & ejus præparationem per artificium nostrum naturale, varias virtutes medicinales habebit, quæ tamen nihil aliud sunt quàm ipsa medicina, & ipsamet causa fundamentalis.

Verumtamen omnes virtutes quæ in hac medicina continentur, non sunt omnino cognitæ, sed tantummodo in declaratione Philosophorum, spiritum vestrum figere debetis. Philosophia verò nos docet quòd veritas materiæ nullam differentiam affert causæ speciali.

Non tamen mirari debetis fratres mei dilectissimi, si hanc aquam dixi esse compositam. Nunc hoc vobis revelare volorum secretum hujus compositionis. *Orulanus* dicit hanc aquam duas partes præcipuas continere, scilicet unam ascendentem, aliam verò in fundo vasæ remanentem.

tem: prima aqua volatilis vocatur, alia vero fixa, quæ etiam terra nominatur & fermentum dicitur. Unde aliqui inter Philosophos, per iocum dixerunt hanc aquam in duobus montibus inveniri, quod significare eam ex duabus fodinis distinctis trahi debere: scilicet ex una fodina, volatilis, ex alia vero materia fixa. Ergo intelligere deberis, fratres Charissimi, hoc nihil aliud esse quam conjunctionem materiam volatilis cum materia fixa: & hac ratione, hæc aqua composita est ex volatili & fixo. Verumtamen, operatio materiaturum est distillare partem volatilem seorsim, aliamque fixam, & eas depurare per operationes Philosophicas: quibus depuratis, sequitur conjunctio, ut ex istis duabus materiis compositum fixum fluens remaneat, & sit novum compositum generatum. Hac ratione, fratres cognoscere deberis, si subriles indagatores hujus scientiæ sis. *Geherus* vero compositum dicit, quod sulphur & argentum vivum ad opus nunquam deficere debent, quia ab ipsis perfectio magisterii pervenit.

Nunc fratres charissimi, sententias *Geheri* audivistis: sed hic quædam difficultas enodanda

enodanda venit, scilicet, quare nostrum compositum fieri non possit sine conjunctione duarum partium prædictarum. Sed ut ad hanc quæstionem respondeamus: Dicemus nostrum compositum fieri non posse absque prædicta conjunctione, quia materia volatilis quam Geber, analogicè, argentum vivum vocat, nunquam coagulari, nec condensari poterit ut in lapidem vertatur; si substantia unctuosâ deficeret quia causa est suæ consolidationis. Et similiter si materia fixa cum ea non esset conjuncta, quæ à Gebero vocatur sulphur, volatilis nunquam fixaretur nec in lapidem converteretur. Etiamque si pars fixa volatili conjuncta non esset, pars fixa nunquam dissolveretur, nec substantiæ volatili commisceretur, & sic nunquam lapis efficeretur, nec substantia volatilis in fixam reduceretur. Verumtamen videmus hoc vulgariter esse in natura: videmus enim terram siccam nullum fructum afferre sine humiditate, nec humiditatem congelare sine siccitate. Et hac ratione dicunt Philosophi, quodd siccum conjungi debet humido, & humidum sicco, si fructus laboris nostri habere velimus. In

parte

parte fixa verò ignis naturalis absconditus est, qui partem humidam exsiccat, & ab omni humiditate superflua separat: ita est in parte volatili in qua humiditas naturalis est, quæ à parte fixa lapidis materiæ substantiam crassiorem terrestream & superfluum separat, tunc materiis superfluis separatis, substantia pura unius, substantiæ puræ alterius iungitur, & fiunt unum & integrum compositum, & mediante operatione debita hoc compositum fit fixum quod lapis noster vocatur: tamen omnino fixum esse non debet, alioquin ingressum in aliam materiam non haberet, & ei perfectionem dare non posset, quia ubi ingressus lapidis non est, ibi perfectio deest: quod optimè cognitum est à sapientibus hujus artis. Ex istis sermonibus verò colligi potest metallum generari ex materia humida, & ex materia sicca, quæ conjuncta, & à natura decocta generant materiam fusibilem, fixam aut nondum fixam, & hoc secundum gradum ignis naturæ: sed cum ignis naturæ fuerit fortis, tunc fixam materiam generat quia ab ipso superflua volatilia separantur, & sic fit metallum perfectum, sive rubrum sive

ve album. Ita est in operatione lapidis nostri ; sed quomodo fieri potest hæc unio duarum materialium contrariarum ? Ut verè dicam hoc fit duobus modis qui jam antehac prædicti fuerunt, & elatissimè demonstrati, nempe per conjunctionem eorum & digestionem cum igne leni : & sic humidum fit siccum, & siccum humidum, & simul ununtur & fixantur.

Hæc ratione Aristoteles in quarto de meteor. dicit quod digestio est propria perfectio caloris naturalis, in quo siccum cum humido natura conjunxit, in quibus qualitatibus etiam sunt frigidum & calidum.

Ideo sic fit in nostris materiis quamvis contrariæ videntur : scitote igitur, charissimi, quod nunquam contraria junguntur nisi per medium, & medium inter siccum & humidum est calidum & humidum, quod radicale vocatur & quod natura in omnibus rebus inclusit : Ergo ubi hoc humidum radicale est, etiam ibi est natura, & ubi natura, etiam ibi humidum radicale.

Hæc verba tamen non sunt nec esse possunt ignavis cognita, & hac ratione dicitur, non oportere margaritas projicere ad pedes



pedes porcorum, nec opus nostrum manifestare impiis.

Etiamque à quodam Philosopho ingeniosè dicitur quòd ex humido & sicco lapides honorati nascuntur, tanquam à parte originali; revera ex istis duobus nostrum arcanum productum est, sicut infans à patre & matre producitur: & hæc duo masc. & fœm. significant: Ideo dicitur in Turba, ex duobus unum fieri debere, & quamvis sint duo in numero, tamen sunt unum in specie. Ergo qui scit naturas conjungere artificialiter, & in unum subjectum reducere jure meritò nomen sapientis sibi arrogare potest. Et verum doctoris nomen sibi justitiâ tribuere poterit, quia ab hac medicina quæ lapis vocatur omnes infirmitates tam ex corporibus humanis, quàm ex metallis expelluntur: infirmitas enim est imperfectio corporis, & hæc imperfectio morbus dici potest: igitur omnes morbi, qualescunque sint, tam corporum humanorum quàm metallorum, ista medicina mediante, percurantur.

Verumtamen si vulgus hoc sciret, non secretum esset, & si hoc, secretum non

esset,

esset , totus mundus in periculum incideret.

Nunc , Charissimi fratres , totum quod quaeritis ac optatis , vobis acquisitum est , quia nihil dixi quin sit totum intelligibile , & facilis comprehensionis : tamen oportet ut vobis demonstrem errorem in quem multi incidunt , volentes ut totum nostrum compositum sit per totam Philosophiam sparsum à principio usque ad finem. Illi verò dicta Philosophorum non bene intellexerunt , & praesertim dicta Aristotelis qui rectè viam naturæ demonstrat , & in primo libro suo de occulta Physica , ipse ostendit esse tria principia in omnibus rebus naturalibus quæ ab ipso vocantur , *materia* , *forma* , & *privatio* : & in quinto de Physica declarat quòd in generatione non est motus , sed tantummodò mutatio , quia materia prima non est actualis , nisi per formam , sed est subjectum omnium formarum successivarum : & sic duas formas cognoscere debemus , nempe unam esse in actu , alteram verò in potentia , quamvis aliqua diversitas inveniatur : Hac ratione , formas aliquas percipimus esse in potentia pro-

V

pinqua

pinqua, alias verò in potentia remoti  
 idcirco, si transitus unius formæ in aliam  
 formam reductus sit, necessarium est ut  
 privatio dictis formis interveniat, quia  
 privatio sequitur primam formam, ut ali-  
 am novam introducat.

Ideo Philosophus inter principia na-  
 turalia privationem numerat. Hac de cau-  
 sa regere possumus, quare multi volue-  
 runt, & conati sunt excellentissimam for-  
 mam lapidis Physicæ in nostrum composi-  
 tum introducere: quamvis videant illam  
 sua primâ forma esse spoliata.

Sed ut verè dicam, sine putrefactione  
 & corruptione nulla fit generatio nova.  
 Et nos quidem scire debemus quòd in ul-  
 timo die nempe in fine hujus mundi, om-  
 nia ab igne consumpta esse debent, secun-  
 dùm edictum Creatoris, & tunc materia  
 prima radicali terminabitur: postea verò  
 corpora humana resurgent incorruptibi-  
 lia: Ita hoc fit in nostro magisterio; &  
 his rationibus demonstratum est, quo-  
 modo artifex operari debet. Sciamus  
 igitur quòd non sine causa dicatur ut in  
 Proverbio, quòd finis unius est initium al-  
 terius; ergo hac ratione finis unius formæ  
 est

est generatio alterius formæ. Revera finis  
unius formæ nihil aliud est quàm privatio  
huius formæ quæ prima erat. Et hæc pri-  
vatio nihil aliud est quàm putrefactio;  
unde sequitur generatio alterius formæ: &  
hoc patet in nostro Magisterio.

Audite igitur fratres mei, mea verba:  
quod in ipsis totum secretum Philosophiæ  
nostre latet. Ergo laborare ac operari  
debetis per naturam & cum natura, tamen  
magno ingenio, sicut dicit *Hermes*; &  
hæc sunt verba ejus, *separabis terram ab  
igne, & subtile à spisso, dante & cum  
magno ingenio*: Verumtamen hæc separa-  
tio nihil aliud est quàm operatio, & mun-  
dificatio rerum, & sic primò operari de-  
betis per mundificationem. Tamen hæc  
mundificatio evenire non potest sine ele-  
mentorum separatione; & cum hic locu-  
tus sit de separatione elementorum mate-  
riæ nostræ, tamen ex elementis puris unum  
ab alio non separatur, sed talis separa-  
tio fit ut partes crassæ & terrestres nostro  
operi inutiles, à partibus puris dividan-  
tur, & dum impurum separatur ab im-  
puro, partes puriores uniuntur, &  
conjunguntur; hæc verò separatio fit ma-

terias subtiles elevando, & crassas calcinando; separatione ac mundificatione perfectâ, totum compositum à prima sua forma spoliatum est, & hoc est regeneratio hujus compositi & renovatio formæ. Verumtamen multi autumant quod generatur granum triticum sine grano tritico, & valde errant, quia hoc est opus naturæ & non artis : sed cum natura nobis materiam suam jam ab ipsa procreantem ostenderit; hanc materiam accipere debemus, ut per artem, virtutem suam multiplicare possimus, & secundum naturam vel genus materiæ operemur. Et quia intentio naturæ est suum compositum ad plenam perfectionem perducere, hoc fieri non potest in genere minerali nisi pluribus annis, sed arte mediante, tempus abbreviari potest. Et sic per artem in genere minerali facere possumus paucis diebus quod natura nequit per spatium mille annorum aut plus.

His verbis verò (Charissimi) causam quare non potui in initio mei operis producere aurum, facile comprehendere potestis, & quare album aurum feci, potius quam citrinum, sicut in mea prima epistola vobis

vobis jam declaravi. In errore versatus sum quod nō cognoverim virtutes materialium volatiliū quas omnino separare debebam à materia fixa, quæ calcinanda erat, & postea conjungenda aqua erat cum luminatīs; scilicet speciem cum sua specie; sed miscui aquam unius cum aqua alterius. Et hoc vobis dico, ne in eundem errorem incidatis. Aliquot post dies, in mente mea excogitavi, post multas preces, me conjungere debere hanc aquam volatilem cum luminario speciei suæ & non aliter: Tunc memoriam recolui, me legisse in libris Philosophorum, quod genus cum genere, species cum specie, & color cum simili colore misceri debent; deinde legendo Epistolam Archelai cognovi operationem meam non esse secundum intentionem Philosophorum: postea meum errorem correxi, studendo assidue libris Philosophorum, & Deum precatus fui, ut vellet me in veram semitam dirigere, quod gratia & charitate sua mihi evenit: illi gloria æterna sit. Verba igitur hujus Philosophi Archelai sunt hæc: Mi fili, aliquid magnæ virtutis ac utilitatis invenies in principio processus operis, si aquam recentem super

luminaria vulgi posueris, quia aqua nostra à spiritu quintæ essentiæ solis purissimi imprægnabitur, si cum sole juncta esset, ita sit de luna sicut de sole. Et quum aqua separata fuerit à suo corpore, modo distillationis iterum aquam super corpus infunde, tamè quantitatem post quantitatem, & non impati uno, quia sic corpus submergeretur, & virtutes humiditatum virtutes siccis circumferrent, & sic nulla fixatio fieri posset: & hoc vocatur apud Philosophos irrorare terram; hæc irroratio verò debet esse secundum proportionem terræ ut terra pedetentim dissolvatur, & statim siccetur, quia hæc aqua pontica vocatur, quæ statim profundum corporum penetrat, & ea mox dissolvit, & majore vi, quàm prima vice. Hæc ratione, opifex, ibi magnam subtilitatem, & ingenium afferre debet, ut spiritus conservari possint, quæ cum conjunctione corporis, in bono statu manent, & non amittuntur conjunctis corporibus: Aliunde ipsa ratione sol & luna de quibus fit sermo, & quæ terra vocantur, in hac operatione, multiplicantur in pondere; unde Philosophus multum lucri acquirere potest, autæ absolutionem sui operis. Idcirco Philosophus dicit

aquam alicui corpori iungi debere, ut ab ipso corpore aqua incrassetur, & impregnetur, ut lapis citius efficiatur, & absolvatur.

Scias igitur, Charissime, quod in hoc opere res mirabiles videntur, & revera nullae res, aut nulla opera miranda est in mundo, respectu Alchymiae, si semel haec aquam ad unum luminarium conjuncta esse possit: sed si cum suo compari societatem amittit, & sit in composito novo, totum hoc compositum, rem divinam miraberis, quae nullo modo superari potest, sicut dicit Archelaus Philosophus, & Geber in sua summa, dubitationem omnem hujus artis auferendo, dicit in capitulo 38. de sulphure: Per Deum Altissimum juro, istam materiam sive lapidem esse lumen & tincturam, & hac ratione omnia corpora illuminat & perficit. Et in 75. capitulo loquendo de medicina, lunam citrinante, dicit si verò argentum vivum non est rubrum, scilicet de natura solis, post ejus mortificationem, mox ad operam mortificationis accurrere debet artifex, ut saltem una pars cum suo sulphure sit sublimata donec sit tanquam cinababum.



Istis rationibus ratiō Geber clarissime demonstrat quod omnis virtus ac fortitudo rursus, à nostro sulphure dependet, & qui hoc sulphur conuenit, totam tincturam perdit, sicut feci cum quibus aurum album componebam.

Notate igitur mei fratres, ne regimine lapidis abusi non sitis, quod totum iam vobis dixi, scilicet legere & relegere libros Philosophorum, & maxime librum Rosarii Arnaldi de Villanova; & librum Magistri artis generalis Plotontii; & specialiter c. 51. in quo cautè mentionem feci de omnibus lapidis magni operationibus; & illas apertè declarat intelligenti. Idcirco, ut de iis conclusionem faciam, vobis dicam totam difficultatem artificis in composito naturas consistere, & id bene intelligere, quia tota intentio Philosophorum est ut habeamus has duas partes scilicet fixam & non fixam, ut ex conjunctione earum Rex nascatur in regali cathedra residens coronatus, ac Diademate ornatus, nempe sole & luna & omnibus aliis planetis, ut triangulum essentiale correspondeat ad quadrangulum qualitarum suarum. De quo lapide Olibius dicit in suo compendio,

pendio, quod varietatem suam ex duobus coloribus originem sumit, nempe ex colore viridi, & ex albo colore; Unde *Raimondus* dicit hunc colorem esse sicut acetaria venenosa: Sed *Alphidius* esse similem succo herbarum recenter extracto. Et *Arnaldus* dicit eam habere odorem peoniarum.

Quidam vero Philosophus dicit, quod nostrum compositum in mari Arabico natum est, & super undas apparet, quum pelagus & vento Australi agitatus fuerit, & triceps nascitur: postea ad cacumina montium ascendit, & pars externa thalami sui alba est, & interna est viridis herba, nullas aperturas habens nisi unam solam: venter ejus niger est, crura vero rubra esse dicit, & super genua est albedo; etiamque dicit brachia mille coloribus esse tincta, oculorum acie pollet, & hermaphroditus est, & se ipsum imprægnat & in die concipit, & in medio ætatis senescit: postea fit juvenis: & à sanguine suo nutritur. Igitur hoc rotum est compositum nostrum, & aqua nostra, unde *Pyragoras* in Turba dicit: Notate quanta verba sunt miranda in diversitate Philosophorum, de

ista re vilissima. Tamen, de pluralitate  
nominum hujus compositionis curam non  
adhibetis, quia hoc est actum manibus  
Philosophorum expressè factum, ut arca-  
num ignaris occultum maneat. Idcirco  
Lullius scripsit, curam in re aliqua non  
habeatis nisi in unica aqua permanenti:  
hac causa, Philosophi concludunt quodd  
ab aqua sola totum opus est abbreviatum:  
illa verò aqua sola dealbat, dissolvit, pu-  
trefacit & congelat, atque germinare fa-  
cit, & ex ipsa res recentes nascuntur. Ideo,  
mi fili, in alia re intentionem tuam pone-  
re non debes, quàm in decoctione hujus  
aquæ, nec te tædeat si fructus habere ve-  
lis, sicut Philosophi dicunt, scilicet coque  
in initio, coque in medio operis, & coque  
etiam in fine. Decoque igitur pederentim  
hanc aquam putrefaciendo, ut decolore in  
colorem mutetur, & de colore imperfe-  
cto, in colorem perfectum vertatur. Sed  
cave in initio ne flores suos comburas, &  
viriditatem suam deperdas, igne nimis for-  
ti; noli, mi Charissime, opus tuum festi-  
nare, & ante tempus ad finem accedere;  
quia sicut dicunt Philosophi, festinatio-  
nem esse ex parte Diaboli: & patientiam

ex parte Dei. Accuratissimè igitur vas tuū claudetur avis tua non a volet: Scitote etiam Charissimi fratres, quòd hoc compositum de quo fit sermo nullum habet nomen proprium, sicut Magister artis Florentiæ dicit, quia si Philosophi id proprio suo nomine vocassent, silentium requisitum, ab eis mandatum, ac inter eos juratum, frustra juramentum esset, & in magnū peccatū cecidissent.

Scitote etiam nos duo composita habere, nempe unum à natura generatum, aliud verò à nobis procreatum. Etiamque cauti sitis, ut à cathegoriis doctissimorum seducti ac decepti non sitis, quum dicunt materiam nostram vili pretio vendi, tunc Philosophi non intelligunt hanc materiam esse nostrum compositum à nobis creatum operationibus artis: sed intelligunt materiam vilissimam naturæ, quæ etiā composita est natura, & in hoc composito naturæ, materia nostri cōpositi latet & sub velamentū Chaos à Philosophis vocata est.

Alexander in Epistola sua loquens de composito naturæ, dicit istud compositum nullā rem singularem habere in suo occulto, quia res hujus compositi mixtæ sunt. *Galid*, & *Rosinus* etiam dicunt in Turba,

res istas esse similes ovi. Et hac ratione hoc compositum nostrum ovum vocatur, quia in ovo sunt omnia necessaria ad pullos generando. Cavete igitur Charissimi, quod verba nostra extra viam non vos producant, & quod tempus non deperdatis cum spe vestra, ita ut semel cuidam opifici evenit qui Epistolam nostram legerat & audiverat quod sine aqua nostra nulla res fieri posset, tunc in mentem recordatus fuit quod nos illam vocavimus aquam vitæ: & ideo credidit totum secretum esse in aqua vitæ: Sed tandem deceptus fuit, & coactus aliam rem querere, & nostram Epistolam relegere, & invenit etiam quod aqua nostra aqua fortis nuncupatur: etiamque putavit quod cum aqua forti opus Philosophicum fieri debebat. Tunc aquam fortem vulgarem rerum diversarum fabricavit, scilicet ex rebus corrosivis, sicut vitriolum, nitrum, cinabarum, & multis aliis rebus, aquam suam fortem composuit, & cum aqua vitæ ex bono vino extractæ conjungere voluit, tamen hæc conjunctio fieri non poterat etiamsi multis vicibus tentasset: & semper aqua vitæ flammam concipiebat,

bat, ita ut coactus fuerit ab opere cessare.  
& postea lectionem huius Epistolæ iteravit, tamen nunquam comprehendere potuit de qua materia ibi locutus esset. Verumtamen clarè diximus aquam nostram vitæ, non esse communem, nec nostram aquam fortem, neque acetum nostrum distillatum, esse acetum commune, sed ut ibi sit distinctio inter ea & communia, expressè dicitur quod aqua nostra, ad opus nostrum requisita, pluribus nominibus vocatur, ut ignari intelligere non possent qualis sit hæc aqua ad opus nostrum idonea.

Tamen ille opifex legendo Epistolam, audivit nostram aquam acetum acerrimum nominasse: acetum fortissimum distillavit, & cum aqua sua forti & aqua sua vitæ acetum commiscuit: sed ut ante, nullum bonum successum habuit, & sic opus suum reliquit, dicendo artem nostram, ac scientiam nostram esse falsam. Quod Charissimi narrare volui, ut considerare possitis quanta sit præsumptio humana & jactura ignarorum, quæ est verba Philosophorum intelligere in alio sensu quam

quàm. olli Philosophi dixerunt, aut intellexerunt, & sic tales Philosophi in magnas expensas conjiciuntur, & loco auri & argenti conficiendi grumonas suas minuunt.

Jam vobis dixi in initio Epistola meae prius, hominem generare hominem, & equum equum, & omnia suum simile generare; ergo metallum quod quarimus nisi à metallo sibi simili generari potest, & hoc totum à natura procedit, quia nihil dare potest quod non habet: Ergo Charissimi fratres, si aurum generare velitis, aut argentum: accipere unum aut aliud debetis, & sicut natura vobis demonstrat operari: verum scire debetis naturam simpliciter laborare cum principiis suis naturalibus, suam materiam decoquendo, donec ad finem, aut intentionem suam perveniat: ita vos laborare debetis cum ipsis principiis, regimen ignis observando, à principio usque ad finem, sicut decet. Deus mihi parcat si pernitium locurus fuerim de arte: tamen diras Turba vereor contumelias, quia eam maximè offendi in-

man-

mandatis suis non obtemperando. At  
tamen scire debetis; sicut Pythagoras di-  
xit, quòd si hæc res nota esset, Mun-  
dus universalis confunderetur. Etiam ve-  
rò vobis dicam quòd res quæ sita labo-  
riosa in se est, nec difficilis si ad radi-  
ces naturales, & ad viam naturæ ve-  
stram intentionem habetis. Imò vo-  
bis dico, sicut etiam omnes nostri or-  
dinis assentiunt, scilicet quòd opus no-  
strum est ludis puerorum, & opus  
mulierum: & in omnibus locis mate-  
ria requisita invenitur. Et quum hæc co-  
gnoveritis, vos valde mirabimini quòd  
in ipsa materia tanta miranda sint & pre-  
ciosa, & opera sit facillima.

Nunc Charissimi cum totum vobis  
dixerim, nihil mihi restat aliud quàm vos  
monere, quòd nullam aliam materiam  
querere debetis quàm illam de qua sit  
nostrum compositum. Tamen est aqua  
sicca, de qua loquitur *Raimondus* in fi-  
ne sui testamenti, cum qua & ex qua  
res mirandas conficere poteritis, quæ  
contra cursum naturæ humanæ, multi  
dixerunt esse, & non solum in corpo-  
ribus humanis sed etiam in metallicis.

mi-



472 *Antonii de Adamia Epist. secunda.*  
miracula facit, omnes infirmos re-  
pellendo.

De ipsa re absoluta adhuc vicum po-  
teritis malleabile reddere, & crystal-  
lum in carbunculum mutare: Et hac ra-  
tione vos precor ne erga Deum sitis in-  
grati tanti beneficii, & ut pro me illum  
precemini.

*Finis Epistolarum.*

**Laus Deo.**

*Hij*

*Hic quaedam sunt Annotationes in duas  
Epistolas Reverendissimi Magi-  
stri Antonii de Abatia.*

**L**EE Author, quidem, duas Epistolas scripsit, in prima verò demonstrat quòd aurum facere non potuit, sed argentum fecit quod aurum album vocat: postea in secunda Epistola dicit se aurum fecisse, & propter difficultatem artis, prima vice aurum facere non potuisse.

Revera hæc ars difficilis est, quamvis non sit laboriosa, & hæc difficultas provenit à materiis non cognitis; & postea, eis cognitis, compositionem facere artificialem, ut fiat compositum Philosophorum.

Verumtamen qui in mare hujus artis velificare volunt & ad portum optatum pervenire, vias veras cognoscere debent ut in periculum non veniant, & tempus velificandi idoneum expectare. Sed qui Philosophus est, & qui rectè judicat & cognoscit

474 *Annotationes in duas Epistolas*  
 cognoscit viam per quam ad portum  
 optatum pervenire poterit, semper pericu-  
 lum defugit, & viam tranquillam se-  
 quitur; & regiones in quibus requies-  
 cere volunt Philosophi non ignorare de-  
 bet, neque naturas aquarum hujus ma-  
 ris: nec piscem echeneidem qui in illa  
 habitat fugere. Sed potius cum hunc pis-  
 cem videt, statim eum arripere debet.  
 Sed ut hoc efficere possit hamo arde-  
 bet: id est instrumentorum idoneorum  
 magnam provisionem habere. Verum  
 etiam Philosophus rectè cognoscit ma-  
 terias nostras esse duarum substantiarum  
 in uno subiecto, per naturam unitarum,  
 quæ substantiæ purificari debent antequam  
 illas coniungamus, quarum una voca-  
 tur volatilis, altera verò fixa nominatur:  
 prima est aqua, alia verò terra, & sunt  
 unus nature. Idcirco Author in pri-  
 ma sua Epistola, dixit se aquam laborasse  
 cum humiditate sua, & sic erravit in  
 aurum faciendo: sed nunquam potuisset  
 perfectum succum lunariæ extrahere si-  
 ne hac materia quæ vocatur Nigrum  
 nigrius nigro: nam absque illa nulla res  
 utilis fieri potest. Tamen hanc materiam di-

distillare oportet igne cinerum, & quod  
distillatur est aqua cum humiditate sua  
cum qua Author operatus est, partem  
fixam relinquendo, & ista pars volati-  
lis nullam tincturam continet quam ab  
ham : idcirco aurum facere non po-  
tuit præter aurum album. Deinde par-  
tem fixam cum volatili iungendo eam  
fuit, & in sulphur naturæ eam reduxit  
in quo est tinctura quod sulphur tamen  
volatile facere potest : tunc aqua vitæ  
& acerum & aqua fortis vocatur cum  
fuerint simul unita ab Authore : hac ra-  
tione notari debet, quod scientia consi-  
stet in reductione materiæ nostræ in a-  
quam, & hoc est Dei donum ; Idcirco  
hoc scribi non debet, quia Deus hoc  
secretum revelat illi qui placet, &  
hoc est clavis totius artis, tamen nul-  
lus putare debet se hoc secretum possi-  
dere alio modo quam à Deo. Sed no-  
tandum est quod si materia nostra ome-  
nino non sit dissoluta & in aquam re-  
ducta nullum bonum succedit : sed cum  
fuerit omnino dissoluta & in aquam re-  
ducta, nigredinem videbitis, Ideo, Ni-  
grum nigrius nigro vocatus est etiam nor-  
tan-

476 *Annotationes in duas Epistolas*  
tandum quod ex ista materia nigerrima succus lunariæ extrahitur, & aqua viræ rectificata; primo phlegma extrahitur, deinde acetum quod cum facibus remanet, à quibusdam Philosophis, hoc acetum, mel recens, oleum mirabolosum, & sulphur naturæ vocatur.

Verumtamen notare debet artifex, quod à dissolutione argenti aut auri in succo lunariæ, magna utilitas affertur, & hic succus, aqua fortis nostra nuncupatur: sed quartæ ex ista dissolutione utilitas magna provenit. Prima ratio est, quia hæc aqua nostra à spiritu quintæ essentiæ auri aut argenti imprægnatur, qui spiritus ingressum habent in aquam nostram ut sit sub forma corporis auri, aut argenti: & cum à suo corpore fuerit separata per distillationem, spiritus in aqua remanent, quæ promptius quàm antea solvit corpora. His tamen pulchrum secretum latet: si quis enim aliquam quantitatem huius aquæ habere poterit, perpetuò sufficiet, quia tanto plus hæc aqua laboratur, tanto magis perficitur, & tanto plus perfecta est, tanto magis

magis dissolvit : & qui semel hanc habuerit non amplius egenus erit.

Secunda ratio est, cum aqua fuerit corporibus auri, vel argenti conjuncta, & postea ab ipsis separata, majorem subtilitatem acquirit cum spirituum suorum conservatione, qui tamen corporibus postea junctis nunquam deperduntur.

Hic etiam aliud arcanum latet, scilicet ut virtus hujus aquæ non diminuat, & spiritus suus non perdat, in vase aliquo bene obturato, cum calce auri includi debet, aut cum argenti calce.

Tertio, quia aurum & argentum in pondere multiplicantur & augentur, & de hoc augmento sufficienter opifex sustentari potest : donec ad complementum sui operis perveniat. Idcirco Philosophus dicit aquam ab anima corporis imprægnari debere, ut vivere possit donec lapis absolvetur ; verumtamen si cum sua simili natura conjuncta est, & recentet composita, ex ea fit res divina, ita ut nullus cogitare possit.

Hic

Hic est alteram magnum arcanum scilicet quod in brevissimo tempore lapis utilis fieri potest, quam opifex hanc aquam habuerit. Sed duobus modis hæc brevitæ temporis intelligi debet. Primo quod aqua istius materie quæ nigrum nigrius nigro vocatur, sit destillata, & sic Author noster intelligit, quia in ipsis Sermonibus veritas latet. Secundo, quod totum nigrum nigrius nigro in aquam fortæ sit reductum, & sit aqua physica, quod est optimum secretum: quia hæc aqua sufficienter spiritus habet, scilicet tincturam sufficienter habet sive rubeam, aut albam. Idcirco per doctrinam *Raimondi*, una & altera aqua jungi debent, quia tanquam aqua prima, tincturam non habent, quia nondum vires corpora solvendi non habuerunt, nec per consequens tincturam eorum extrahere potuerunt; ergo miscenda sunt, dum tincturas non habent, nec unius, neque alterius corporis. Sed cum hæc aqua extracta fuerit ex dicta nigredine quæ putrefactio est, tunc corpora solvit sicut decet, & ex ipsis cor-

corporibus tinduras ad se attrahit. Si  
verò in hac aqua unam unciam argen-  
ti dissolvitur, aqua, balneo humido ab ar-  
gento separari debet, & quod in fun-  
do vasis remanet in corpus reduce &  
funde in crucibulo, & habebis unciam  
tuam argenti de medietate auctam.

Item si aqua per balneum sublima-  
ta, ac elevata, iterum fuit destillata per  
balneum, materiam in fundo remanen-  
tem ponite in crucibulo, super cine-  
res, cum igne leni, & liquefacta ma-  
teria, cum qua argentum supradictum  
miscere debetis pedetentim, & tota  
materia fundetur. Et hoc fit ut po-  
stea una pars aquæ per balneum di-  
stillatæ sexdecim partes fixæ materie  
dissolvere possit, id est, ut melius fu-  
sionem dare possit in crucibulo, po-  
stea, frigefactâ, per copellam traja-  
ce, cum plumbo, & 8. uncias argenti  
habebis.

Item, alio modo, scilicet cum qua-  
tuor partibus aquæ supradictæ, par-  
tem unam argenteæ bractææ dissolvi  
potest, in balneo, postea, quod dis-  
solutum est decanta, & affunde ite-  
rum



480 *Annotationes in duas Epistolas*

tum quatuor partes aquæ novæ, ut quod  
in fundo remanet dissolvatur, & sic  
opera dissolutionis ac decantationis re-  
rum solutarum continuari debet, do-  
nec tota materia sit in aquam conver-  
sa, ac bene dissoluta; postea quod  
per decantationes habuistis, per 15. dies  
coquere debetis per balneum, & in  
fundo materia lucidissima remanebit tan-  
quam margarita albiſſima, de qua pars  
una conjuncta cum 50. partibus mer-  
curii vulgaris, & in vase longo collo-  
posita, & bene clausa, & igne cin-  
erum decocta per 8. dies, quibus per-  
actis, vas frangere debetis, & inve-  
nietis materiam albiſſimam sicut prius.  
Recipe igitur hanc materiam albiſſimam,  
& in crucibulo, cum nitro & sapone  
misce, & funde, & totam hanc mate-  
riam habebis in argentum conversam,  
in omni judicio, quia hoc feci, probavi,  
& scio.

Alio modo, Recipe aurearum bractea-  
rum unciam unam, aut auri calcinati,  
& in vase apto cum quatuor partibus  
succu aquæ lunariæ conjunge, & vas  
accuratè claude, & in cineribus cali-  
dis

dis colloca ; & paucissimis diebus totum in aquam citrinam & lucidam resolveretur ; postea vas aperire debes subtiliter , & ipsum sensim inclinando , ne turbetur materia , & sic decantando , & in vase vitreo hanc decantationem ponendo , & bene vas clausum sit , post hanc decantationem , affunde supra faeces in fundo remanentes , post decantationem , novum succum lunariæ aquæ , & in cineribus sicut prius coquere debes , 8 diebus , & materia etiam convertetur in aquam citrinam , quam cum alia servare debes , post suam decantationem , & hanc operationem continuare debes , donec aqua amplius tingi non possit , id est quodd faeces amplius aquam non tingere possint.

Deinde Recipe aquam citrinam totam , & per cineres eam distilla , & totam aquam citrinam distillabis coloratam. Postea phlegma tantumdem & cum aqua colorata ac distillata misce , & per balneum distilla igne leni , & in fundo remanebit quinta essentia auri purissima , ad modum mellis coagulata & colorata , quæ pretiosissima est.

**X** Deinde

Deinde separa succum lunariæ à phlegmate per distillationem in balneo, igne leni, donec amplius phlegma non distilletur, quod signum est separationis, & hoc phlegma est perfectissimum virtutem dissolvendi habens, & cum eo aurum aut argentum facile dissolvi possunt.

Postea pars una hujus solutionis, cum mercurio purificato scilicet 100. partibus, & in vase longi colli, igne cinerum, totus mercurius in aurum fixabitur, in spatio 8 dierum.

Item pars una auri dicti dissoluti, cum partibus 6. sublimati junge & misce simul; quod sublimabis, & postea quod sublimatum fuerit cum facibus reduc, & sic iterum donec totum in fundo remaneat fixum, & erit medicina, cujus pars una proficitur super 100. mercurii, & erit aurum optimum.

**F I N I S.**

**ARCA-**

ARCANVM à quodam Philosopho  
anonymo deductum.

**R**ECIPE Solis purissimi tantum  
quantum volueris, & cum æquali  
pondere oleum vegetale misce, &  
hanc mixtionem in sole ponere debes do-  
teq. oleum vegetale sit imbutum: cum verò  
uerit imbutum & desiccatum, iterum im-  
bibe æquali pondere prædicti olei, hanc  
mixtionem desicca ut prius, & sic ite-  
ra hanc imbibitionem ac desiccationem  
donec una uncia solis, aliam unciam  
licci olei ebiberit; postea totam hanc  
materiam iterum imbibe, & itera de-  
iccationem donec uncia solis ebiberit  
incias duas dicti olei.

Deinde totam materiam in vase ap-  
o, tanquam in matraccio pone, super-  
fundendo dictum oleum, ad eminencia-  
iam duorum digitorum; deinde putre-  
ac hanc materiam in fumo equino, &  
ut finis sequatur calidus per spatium

X 2      quint

quingenta dictum, & invenies mercurium Philosophicum perfectum, quem miscere debes mercurio vulgari. Postea cum partibus 3. aut amalgama mercurii, ut fiant unum, & linas desiccare in matratio hermetice sigillato igne lampadis aut similis per duodecim aut 15 dies, & totum reduceretur in pulverem ad projiciendum supra lunam & tota in solem convertetur.

*Aliud Arcanum.*

**D**issolve unciam unam solis purissimi in aqua forti nostra Philosophica, postea demitte in calore tepido, viginti quatuor horis, & secundum artem materiam fixam præcipita in fundum vasis, & aquam supernatantem distilla, & quod in fundo remanet obscurum aquâ tepidâ ablue, postea cum aqua rosacea, & hanc abluito ista septies reiterata, desicca, & in vase hermetice clauso decoque igne leni, & sit calor sicut est calor naturalis ventris mulieris, ut ibi materia nutriatur, & ipsa sola materia in tali igne putrescat, dissolvatur,

solvatur, ac seipsa coagulabitur & in pulverem Philosophicum convertetur ; postea cum igne forti carbonum decoque, tamen cum dissoluta fuerit, nutrire debes foliis solis, tantum quantum dissolvere poteris, Deinde auge ignem sicut dictum est cum carbonibus, & continua donec totum in pulverem convertatur, cujus dragma una si projecta fuerit supra 100. auri fusi, totum erit adhuc medicina, ad projiciendum scilicet, una pars supra 10000. metalli, cujuscunque sit generis, & totum in aurum optimum reducetur. Quod probatum fuit Bisantii, 20. die Maii 1644.

*De Lunaria majori.*

**L**unaria major plantam rubeam habet & odoriferam ut moschus : si verò hanc frangamus, pars interna erit citrina, sicut crocus, & folia rotunda habet sicut est denarius, radix verò ejus tanquam azur est, & florem sicut flores amarachi habet, colore azuris, & quum luna crescit, folium unum in utramque partem habet, & quum lu-

na decrefcit, ab una parte folium unum  
perditur. Sed in plenilunio 20. folia in  
utramque partem nascuntur, fcilicet quin-  
decim utrinque. Herba fupradicta eft  
de nocte lucens tanquam lucerna, &  
in parte fuperiori fcintilla apparet. Ve-  
rumtamen hæc herba, in plenilunio col-  
ligi debet, quia tunc omnibus virtuti-  
bus fuis ornata eft: tamen mixis modis  
agit fuper metalla omnia, & dicitur eam  
12. virtutes continere. Hæc herba verò  
nafcitur fuprà montem Mediolanenfem,  
circa locum qui Novarie vocatur, etiam  
que nafcitur fuprà montem qui Ultabius  
vocatur, & in monte de Cafeletta, & in  
monte de Verfollio fuprà Barfiam, & fu-  
pra fylvam Vanvinam, & in monte qui  
Bardenefca vocatur fuprà Segufium.

Recipe igitur hanc lunariam dictam  
& veram, dum viridis eft, & ex radici-  
bus & foliis omnibus fuccum extrahc, &  
ex tota planta; cùm igitur hic fuccus ex-  
tractus fuerit projice fuprà argentum vi-  
rum purgatum, & in crucibulo artificio-  
liter lacto, in carbonibus incenfis collo-  
ca, & quum incipiet fumare, projice de  
hoc fucco, & mercurius congelabitur, &  
conver-

converteretur in lapideum rubrum vel citrinum, de ista materia projice tamen proportionem observata, supra 25 pondera argenti, & totum in aurum converteretur perfectum, & in omni judicio probatur.

Verumtamen hoc secretum, tanquam thesaurus servari debet, hac ratione hoc vobis dedi, ut tanquam arcanum pretiosissimum servetis, & hoc vobis tanquam magnam hereditatem, & divitias præstantissimas dedi, si de eis prævalete sciatis, & sicut vobis demonstratum fuerit, agatis.

### *Alia descriptio lunaria.*

**L**unaria crescit cum cappa rubea, in altis montibus, & folia ejus tincta sunt colore caruleo: illa verò mercurium congelat & in venerem reducit, pone venerem cum luna & erit sol perfectus.



*Alia descriptio ab altero Authore.*

**L**unaria crescit in formam hinc depictam, in altitudine unius palmæ, sex folia utrinque habens, & tres flores, & folia rotunda sunt ac denticulata & radix eius est uno digito longa, & eadem crassitudine, una pars folii viridis est, alia verò rubea; multas proprietates habet, sed præsertim notandum est quòd in quolibet loco terræ, quò aliquis thesaurus absconditus fuerit, & ibi lunaria lata fuerit, inopinatò, aut expressè, terra movebitur sicut talpæ eam movent, imò in eodem loco thesaurus est.

Insuper omnes seras absque difficultate aperit.

*Admonitio.*

**D**e Sancti Iohannis, styli antiqui, in media nocte, fodinæ auri, aut argenti, aut aliorum metallorum sic cognoscuntur: scilicet in his locis quædam lucernæ scintillare videntur, & aliæ lucernæ tanquam prorse incensæ lucent, & fodi-

nae divitiores lucidiores & profundiores sunt.

*Arcanum ad filicem habendam cum  
sua femine.*

**I**N vigilia Sancti Iohannis, antiqui styli, Accipe utramque filicem cum terra sua, & nocte domum afferantur, & supra mensam linteis cooperta ponatur; & sine dubio semen suum producit quod supra linteum invenitur.

*De cognitione conjunctionis Lu-  
minarium.*

**V**irga ligni sarmenti in manu tenenda est, circa conjunctionem luminarium, sicut in Almanacho docetur & in momento in quo fit conjunctio, virga frangetur, & cortex tolletur, quo tempore semen seminari debet, & res conjungendae tunc conjungi debent. Etiamque hoc fit in prima, & secunda, & ultima parte lunae, sicut etiam in sua plenitudine.

Tunc putrefac, divide, mundifica, & conjunge.

*Arcana*

*Aurum prætabile.*

**G**Eber dicit hoc fieri posse cum carbonibus, in aqua salis extinctis, & in ipsis spiritum salis extrahendo, & hic spiritus aurum dissolveret, quod est præstantissimum ad omnes morbos hominum curandos, & humano corpori non nocet. Alii verò accipiunt farinam laterum calcinatam, & eam in aqua salis extinguunt, & spiritum salis extrahunt, pro eodem effectu: Sed mundificationem, & abluionem, ac edulcorationem, cum rebus dulcibus, hæc operatio petit.

*FINIS.*

INDEX CAPITVM  
QVÆ IN HOC LIBRO  
continentur.

1. **D**E Contemplatione Naturæ & ejus Operationibus. Pag. 9
2. Responsio ad Præmissa. 37
3. De materia ex qua metalla generantur. 40
4. Quomodo ex ista materia intercurſati metalla generentur, & de natura operatione. 41
5. De materia Lapidis, & primò quidd argentum vivum commune crudum non eſt materia lapidis Philoſophorum. 45
6. Quid ſit Mercurius vulgaris. 48
7. De Philoſophorum igne occulto. 51
8. De diſiſione & ordine ſublimationis Philoſophicæ, & operationibus requiſitis. 55
9. Quare prædiſtæ operationes non ſunt niſi una operatio, & quòd omnes ad unum reducantur. 57
10. De cauſa variationis nominum hujus ſublimationis. 60
11. Ingreſſus operis. Et primò quomodo Artiſtex materias diſponere debeat ut in eis naturæ actione & paſſione operetur. 65
12. De corruptione & putrefactione rerum ſolutarium. 69
13. De eſſentiali putrefactione & marſicatione lapidis. 72
14. De calcinatione terræ primi gradus lapidis, quæ

# I N D E X.

|  |         |
|--|---------|
| corporis calcinatio dicitur.   | Pag. 76 |
| 15 De mortificatione specierum primi gradus lapidis.   | 78      |
| 16 De secunda dispositione putrefactionis primi gradus lapidis.                                | 86      |
| 17 Qualis sit virtus generativa, alterans, transmutans, & multiplicans.                        | 87      |
| 18 De tertia dispositione mortificationis & putrefactionis primi gradus lapidis.               | 94      |
| 19 De quarta dispositione mortificationis & putrefactionis lapidis Philosophorum primi gradus. | 96      |
| 20 De quinta dispositione putrefactionis primi gradus lapidis.                                 | 97      |
| 21 De sexta dispositione mortificationis & putrefactionis lapidis primi gradus.                | 99      |
| 22 De septima dispositione mortificationis & putrefactionis lapidis primi gradus.              | 102     |
| 23 Quare Philosoph. vocaverint hunc lapidem ovum.  | 104     |
| 24 De resurrectione mortuorum primi gradus que fit per sublimationem.                          | 112     |
| 25 De secunda calcinatione terre primi gradus lapidis Philosophici.                            | 115     |
| 26 De distillatione aquæ revivificatæ ac sublimatæ.  | 118     |
| 27 De ablutione calcium & de corporum in aquam resolutione.                                    | 121     |
| 28 Admonitio.  | 126     |
| 29 De tertia calcinatione que post depurationem & dissolutionem fit primi gradus lapidis.      | 127     |
| 30 De rotatione lapidis cum reiteratione secundi circuli.                                      | 129     |
| 31 De perfectione Elixiris primi gradus & ejus compositione.                                   | 132     |
| 32 De ingenio indurationis & mixtionis ac congelationis.                                       | 135     |

# I N D E X.

|   |          |
|---|----------|
| nis argenti vivi.   | Pag. 133 |
| 33 De Elixiris rubei projectione primi gradus lapidis,<br>& de ejus confusione.                                 | 135      |
| 34 De intensione finali quam artifex habere debet.  | 137      |
| 35 Aurum potabile Philosophorum in primo gradu.   | 138      |
| 36 De auri nostri temperamento & de ejus qualitatibus.  | 149      |
| 37 De hujus medicine ad corpora humana sananda projectione.   | 132      |
| 38 De natura fini & quid sit finis Philosophorum & quid sit calor.  | 153      |
| 39 De secundo gradu qui est de majori depuratione & subtilizatione ipsius lapidis per elementorum separationem. | 160      |
| 40 De essentia aquæ & elementorum suorum substantia.  | 162      |
| 41 Quid sit ovum generatum ex ovo mortuo.   | 164      |
| 42 Quæ sit res quæ separanda est à re elementaliter secundum naturam.   | 165      |
| 43 Quomodo cognoscuntur prædicta elementa inesse compositione, argento vivo Philosophorum.                      | 166      |
| 44 De difficultate & ingeni separationis elementorum  | 167.     |
| 45 Responsio ad præmissa.   | 168      |
| 46 Quomodo materia se habilitat ut per artem valeat separari.   | 170      |
| 47 Ex quibus ær & oleum unum ab alio separantur.  | 171.     |
| 48 De divisione elementorum.  | ibid.    |
| 49 Modus separandi quatuor Elementa.  | 174      |
| 50 De separatione aquæ, quæ prima est separanda.  | 177      |
| 51 Quomodo lapis Philosophorum se habeat ad celum & de ejus assimilatione.                                      | 179      |
| 52 De   |          |

# I N D E X.

- 52 De similitudine affinitatis quam lapis acquirat in se  
per. per exemplum ad animalia. 181
- 53 Aurum potabile. De confectiōe Elixiris ad vitam  
homini conservandam in preparatione gradus se-  
cundi. 183
- 54 De confectiōe elix. aurei & de preparatione in qua  
deportatur. 190
- 55 De confectiōe elixiris ad metalla curanda secundi  
gradus lapidis. 191
- 56 De propinquiori affinitate maris & femina, ex qua  
bus propinquioribus debet fieri generatio lapidis ma-  
gis Philosophorum. 195
- 57 A simili de lapide Philosophorum. 194
- 58 De arte hominem generantē. 202
- 59 A simili de generatione lapidis Philosophorum &  
de vase naturali. 203
- 60 De proprietatibus materiae & forma. 209
- 61 De forma & ejus conditionibus vel proprietatibus  
213.
- 62 De propinquitibus principiis ex quibus lapis Phi-  
losophicus generatur, & quomodo intelligi debent.  
221.
- 63 Doctrina de ponderibus. 228
- 64 De doctrina mixtionis Elementorum ponderatorum  
ad componendum lapidem. 229
- 65 Quomodo virtutes caelestes multiplicentur in mate-  
ria, ita ut tota materia convertatur in essentiam quin-  
tam; & de diversa proportionē materiae cum virtute  
caelesti & effectu diverso. 232
- 66 De qualitatibus alterantibus. 234
- 67 De differentia medicinarum ex ponderum diversita-  
te. ibid.
- 68 De conjunctione duorum corporum ad magnum La-  
pidem

# I N D E X.


- idem Philosophorum cōficiendum ad album & ad  
rubeum. 239
- 69 De modo sublimandi terram. 242
- 70 De conversione sulphuris albi in sulphur rubeum ad  
aurum. 245
- 71 De fixatione & conjunctione Elementorum & com-  
positione elixiris albi ad album. 246
- 72 De fixatione aeris super elixir album fixum. 248
- 73 De projectione istius elixiris albi. 249
- 74 De fixatione & conjunctione elementorum ad ru-  
beum. 250
- 75 De tertio & ultimo gradu lapidis qui est de comple-  
mento sue preparationis. 251
- 76 Quomodo materia quæ facta est spiritalis & pa-  
ra, & de natura cæli efficiatur fixa & de natura ter-  
re glorificata recipiendo utramque vim scilicet spiri-  
tualem & corporalem. 256
- 77 A simili de rubeo. 258
- 78 De projectionibus medicinarum tertii gradus lapi-  
dis iam ad album quam ad rubrum. 259
- 79 De multiplicationibus medicinarum. 261
- 80 De repetitione totius Operis Philosophici sub brevi-  
bus sermonibus, Et primò de preparatione primi  
gradus. 263
- 81 De mortificatione spirituum. 266
- 82 De sublimatione & resurrectione rei mortificate.  
267.
- 83 De ablutione corporis calcinati. 268
- 84 De secundo gradu lapidis. 269
- 85 De separatione istius liquoris sicut permittitur cor-  
rupti per quatuor elementa. 270
- 86 De generatione albi sulphuris ex unione duorum  
corporum. 272
- 87 De



# INDEX.

- 87 De sublimatione terrae. 274
- 88 Quomodo sulphur album ad argentum convertatur  
in sulphur rubrum ad aurum. 275
- 89 De fixatione & compositione Elixiris albi ad album.  
276.
- 90 De fixatione aeris super Elixir album finem. 279
- 91 De projectione istius Elixiris albi ad album. 281
- 92 De fixatione & compositione elixiris rubri ad rubrum  
281.
- 93 De projectione elixiris rubri. 283
- 94 De recapitulatione tertii gradus lapidis. 284
- 95 De volatili fixum. 284
- 96 De projectione medicinae rubrae tertii gradus. 285
- 97 De recapitulatione finali totius magisterii, de primo  
gradu. 288
- 98 De secundo gradu. 289
- 99 De tertio gradu. 289
- 100 De annexione graduum & fine operis. 290
- 101 Qualis debeat esse artifex in suo opere, & quales  
coadyutores secum habere debeat. 291
- 102 Admonitio. 294
- 103 De doctrina ad medicinas particulares faciendas.  
295.
- 104 De aliquo particulari albo. 295
- 105 De quadam particulari medicina rubra, ad intro-  
ducendum in albo particulari, & quatuor rubedo al-  
bi singulis albedinem Lunae, & quomodo multiplicatur  
citrinitas super albedinem Lunae. 299
- 106 De vasis ad opus Philosophicum necessariis. 302

INDEX



# INDEX CAPITVM QUÆ in OPERE JOVIS continentur.

|   |       |
|---|-------|
| Primò. Initium operis.  | 307   |
| 2 De modo Mercurium Jovis extrahendi.                                     | ibid. |
| 3 De præparatione & ablutione hujus mercurii.                             | 309   |
| 4 Initium operis post præparationem mercurii & de<br>prima decoctione.    | 310   |
| 5 De secunda decoctione per quam fit variatio coloris.                    | 312.  |
| 6 De tertia d. coctione.  | ibid. |
| 7 De quarta decoctione.   | 313   |
| 8 De quinta & ultima decoctione.  | ibid. |
| 9 De purgatione Jovis ad fermentum.                                       | 314   |
| 10 De fermentatione pulveris.   | ibid. |
| 11 De multiplicatione Medicinarii.  | 315   |
| 12 De projectione hujus medicinae.  | 316   |
| 13 Quando potest medicina recipi ad projectionem fa-<br>ciendam.          | 319   |
| 14 Alius modus ad Jovem in lunam mutandum.                                | 320   |
| 15 Alio eodem effectu.  | 321   |
| 16 Alio modo, eodem effectu.  | 322   |
| 17 Ad Jovem in Lunam.   | ibid. |
| 18 De multiplicatione medicinae.  | 324   |
| 19 Ex quibus plumbum & stannum sunt composita, &<br>de eorum differentia. | 325   |
| 20 De natura plumbi, & de ejus compositione.                              | 326   |
| 21 De natura stanni, & de ejus compositione.                              | ibid. |
| 22 Quare plumbum vocatur Saturnus & stannum Ju-<br>piter.                 | 327   |
| 23 De Saturno in Lunam.   | 328   |

# I N D E X.

|    |   |          |
|----|---|----------|
| 24 | Conclusio huius operis.   | pag. 338 |
| 25 | Ad mercuriū ex omnibus metallis extrahendum.                        | 338      |
| 26 | Ad Lunam in Solem convertendam.                                     | 334      |
| 27 | De Cupre in Lunam.  | 336      |
| 28 | Hic sequuntur alia arcana particularia ad Lunam in aurum tingendam. | 339      |
| 29 | De multiplicatione medicine.  | 340      |
| 30 | Aliud arcanum de Luna in Solem.                                     | 341      |
| 31 | De modo lac virginale nostrum faciendi.                             | 342      |
| 32 | De aceto acerrimo simplici.   | 344      |
| 33 | De lacte virginali simplici.  | 345      |
| 34 | Aliud arcanum ad Mercurium in Lunam convertendum.                   | 346      |
| 35 | Fodina perennis ac artificialis ad rubrum.                          | 348      |
| 36 | Et minera ac quatuor virtutem tingendi hominem.                     | 349      |
| 37 | Aurum opimum ex regulo sibi.  | 350      |
| 38 | Mercurii sibi extractio.  | ibid.    |
| 39 | Arcana mineralia sequuntur metallica.                               | 353      |
| 40 | Quid prius necessarium sit in arcanis mineralium.                   | ibid.    |
|    | Ad Solem.   | 354      |
| 41 | De multiplicatione medicina mineralis.                              | 356      |
| 42 | De particularibus aliis transmutationibus.                          | 361      |
| 43 | Primus modus.   | 363      |
| 44 | Modus secundus.   | 364      |
| 45 | Aliud arcanum ad Solem multiplicandum.                              | 366      |

## I N D E X C A P I T V M quæ continentur in septem Verbis Philosophorum.

|   |                                       |       |
|---|---------------------------------------|-------|
| 1 | Primo. Preparatio seu operatio prima. | 370   |
| 2 | Preparatio secunda.                   | ibid. |
| 3 | Preparatio seu operatio tertia.       | 371   |
| 4 | Preparatio & operatio quarta.         | 372   |
| 5 | Preparatio, & operatio quinta.        | 374   |

6 Pro-

# INDEX.

|   |       |
|---|-------|
| 6 Preparatio & operatio sexta.  | 374   |
| 7 Dispositio septima seu operatio.                                    | 377   |
| 8 Paraphrasis preparationis septimae.                                 | 379   |
| 9 Monachus quidam sic scribit.  | 381   |
| 10 Nota.  | 382   |
| 11 Aliud opus cum modo faciendi ad rubrum.                            | 383   |
| 12 Ad album.  | 386   |
| 13 Ablutio tartari seu tartari.                                       | ibid. |
| 14 De conjunctione duorum luminariorum.                               | 389   |
| 15 De intentionibus quorundam Philosophorum.                          | 390   |
| 16 Hic sub brevibus sermonibus totum magisterium declaratum est.      | 400   |
| 17 De materia Philosophorum.  | 403   |
| 18 De differentia inter argentum vivum Philosophorum & inter vulgare. | 407   |
| 19 De differentia salinis scilicet communis & salis Philosophorum.    | 415   |
| 20 De differentia inter sulphur commune & sulphur Philosophorum.      | 417   |

## ANTONII DE ABATIA Epistolae Dux.

|  |     |
|--|-----|
| Antonius de Abatia servatoribus Artio Chymica mandata. |     |
| Epistola prima.  | 423 |
| Eiusdem Antonii de Abatia Epistola secunda.            | 440 |
| Annotationes in duas Epistolas Antonii de Abatia.      | 473 |

## INDEX ARCANORVM.

|   |       |
|---|-------|
| Arcanum a quodam Philosopho anonymo deductum. | 483   |
| Aliud Arcanum.                                | 484   |
| De Lunaria maiori.                            | 485   |
| Alia descriptio Lunaria.                      | 487   |
| Admonitio.                                    | 488   |
| Arcanum ad filicem habendum cum suo semine.   | 489   |
| De cognitione conjunctionis Luminarium.       | ibid. |
| Aurum Potabile.                               | 490   |

## FINIS







48  
72



Digitized by Google